






Galeni
1542









Belmonte 226
100 lire

2

Compl. Cal.

gb.–

£. 100.–

GALENI PERGAMENI COMMENtarius in quatuor libros Hippocratis de uictu in morbis acutis Paulo Iuliario Medico Veronensi Interprete.

47305



alexandri ginevri

Veronæ. M D XXXXII.

Apud Antonium Portesium.



CIS

L L

CHIEPISCO

LONI



ILLVSTRISSIMO SVMMAQVE VEneratione dignissimo D.D. Christophoro Madrutio Episcopo ac principi Tridentino Paulus Iuliarius medicus Veronensis Felicitatem. D.

GAleni commentariũ in librum Hippocratis de uictu in morbis acutis a nobis interpretatũ, quum Patauij sub præceptore summo illo medico Mattheo Curtio medendi artem profiteremur, tibi illustrissime princeps dicauimus, ut fidem in te nostram, & totius Iuliariorum familiæ ostenderemus. Equidem quum interpretandi munus semper summam secum calumniam difficultatemq; ferat nunq̃ illum edere sum ausus, præsertim inter tot maleuolas obtrectatorum mentes, quos nostra conspicit ætas. Adeo enim inter se medicorum factiones disentiũt, ut quæ alter laudanda, alter uituperanda esse contendat, nonnulli quidem puram exquisitamq; uerborum lectionem a medico requirunt. aliqui autem per ludibrium grammaticulos appellant secus interpretantes quàm ueteres illi Hippocratis ac Galeni interpretes, igitur fieri minime potest, ut iudicijs tam diuersis quispiam satisfacere queat. Verumenimuero omnibus placere immensum est humanasq; superat uires, ego uero sub tuo patrocinio illum edere tutum iudicaui summa ueneratione dignissime Præsul, foreq; ut omnes statim contumeliæ deprimantur, ubi audiatur sub tuo nomine æditum esse, talemq; defensorem habere: tanta enim diligentia cunctas artes amplexus es, ut omnes fateantur, nullum esse disciplinarum genus, quod acerrimo iudicio tuo ingenioq; diuino in-

cognitum fit: taceo animi mores, mansuetudinem, prudentiam, fortitudinem, æquitatem, quæ te principem uniuerso clamãte populo (te crearũt) summaq; ad rerum fastigia augebunt, ac perpetuo tuebuntur. ergo ea animi benignitate qua soles hoc medicum munusculum excipies, & Pauli tui offerentis animum non rem ipsam perpendes.

CLAVDII GALENI PERGAMENI, IN librum Hippocratis de uictu in morbis acutis cōmentarius primus Paulo Iuliario medico Veronensi interpraete.

HIP.



VI Cnidias uocatas sententias conscripserunt, quæ in singulis morbis ægri patiūtur, recte scripserunt & quo pacto ipsis nonnulla eueniunt, ex iis sane quæ quispiam non medicus si quæ patiuntur singulos laborantes probe interrogasset, recte scribere potuisset. At quæcunq; prædiscere medicus debet, non dicente ægro, eorum plurima prætermissa sunt, alia in aliis.

GAL.

QVi Cnidias sententias litteris prodiderunt, non modo nihil eorum quæ ægri patiuntur prætermiserunt, uerumetiam plusquàm opus est, quorundam meminerunt, ut paulo post ostendam, & hoc artis officium nondum est, si nihil prætermiserunt, eorum quæ etiam à uulgaribus cognosci possunt. nam Artifex hanc intentionem non habet, sed omnia scribendi quæ ad curationem utilia sunt, quocirca & nonnulla sæpenumero addere opus erit idiotis prorsus ignota, & non pauca eis ma-

nifesta auferre: si nihil ad artis finẽ pertinere uidebuntur.

Textus Secundus.

Et nonnulla quæ ad certam indicationem opportuna sunt.

Certa indicatio est per certum inditium cognitio, inditium uero certum ab antiquis appellatur, signum ex quo ratiocinatio construi potest, omne autem signum certum inditium nõ est, quemadmodum in sermone de certo inditio, et signo demonstratum est: quæ igitur ad huiusmodi cognitionem tum necessaria tum utilia sunt, non omnia scripta esse ait, sed plurima prętermissa.

Tertius.

Verum quum de certa indicatione sermo habetur: quonammodo singula curanda sunt, in his multa aliter, q̃ illi enarrauerunt censeo.

Posteaquàm non pauca ad certum indicationem utilia, Cnidios medicos ommisisse dixit, quam indicationem certam appellet, edocuit: quum dixit, quonãmodo singula curanda sunt, nam quodcunq; ad horum inuentionẽ confert, ad artem pertinet: fortasse uero quispiã existimare posset, tum ad cognitionem, tum ad prænotionẽ certas indicationes esse prætermissas, sed res non ita se habet, hæc enim in his quę ad curationem conferunt necessario cõpręhenduntur: quemadmodum si ad optimam curationem inueniendam morbi cognitio, aut uenturi pręnotio nihil conferret inutilia prorsus forent, quoniam autem conferunt, utilia sunt, cæterum morborum cognitionem ad curationem maxime necessariam esse manifestissimũ est, nam in primis affectum dignoscendum,

deinceps curationem aggrediendum: præcognitionem autem, ad curationem conferre, in prænotionum uoluminis probemio ipse demõstrauit: quocirca si quispiam uniuersa ad medendi artem pertinentia, uel ad cognitionẽ uel ad curationem uel ad prænotionem utilia esse dixerit, idem uirtute enuntiabi', medici namq; per se curationem aggrediuntur illius uero gratia pręnotionem et cognitionem: unde cognitionem aut prænotionem artis finem nullus esse dixit, ut curationem: At hic per curationem intellige iam factã morborum sublationem, non eam quę adhuc fit: sed de his omnibus in libro de fine medicine abunde dictum est: nec hoc in loco quod prętor institutum est, propositum faciendum iam ueteris mentem intelligentes sine exquisitiori etiam de fene sermone. Cęterum quia propositu oratio in non paucis fidedignis exemplaribus alio pacto inuenitur, non ab re est eam quoq; commemorare. differt autem ab alia in hac dictione, uel, atq; ad hunc modum iacet. Verum quum de certa indicatione sermo habetur, uel quonammodo singula curãda sunt: qui hoc modo conscripsere, certam indicationem exponendum censent, tum cognitionem tum pręnotionem: hoc uero: quonamodo singula curanda sunt: ipsam curationem hanc in nomine, certę indicationis comprehendi nolentes: q; si hoc ita se habet in prima scriptura in qua protulit, plurima ommiserunt alia in alii, & nõnulla ad certam indicationẽ oportuna. Curatiua pars artis nõ recte erit prętermissa. hoc autem manifestum est: nam illi quoq; propterea rursus orationem repetendã scribendãq; esse aiunt, ut etiã curatiuũ addatur. Verum discordia non est de re utili ad currationem, ideo superfluum est sermonem protrahere. nam in quibus ad curationẽ utilia edocet, inuigilandũ.

Quartus.

Nec solum ob hanc causam eos non laudo. Verumetiam ꝙ paucis numero medicamentis usi sunt, nam exceptis acutis morbis plurima pharmacaq; inuenerunt, sunt elatheria exhibere, tum serum tum lac suo tempore propinari, ꝙ si hæc bona essent, morbisq; cōuenirent in quibus exhibenda esse iusserunt, lunge magis laude digna fuissent, ꝙ paucissima. satisfaciunt nunc autem ad hunc modum nequaq̄ se habet.

Paucis preterea numero medicamentis eos fuisse usos ait, preterquàm in acutis morbis, ac si in his plurima dixisset, etenim ita dixerunt, & in diuturnis uere rursus & hæc: etenim cum elaterijs hoc est medicamentis que purgandi uim obtinent, & sero & lacte ipsis suo tempore propinatis. pertranseunt.

Quintus.

Qui tamen posterius correxerunt, medice magis, singulis exhibenda aggressi sunt.

secundus liber, ex eo qui prius fuerat scriptus, corrigi dicitur, quum idem propositum habens plurimasq; dictiones easdem. nonnulla habet a priori uolumine ablata, aliqua addita, quedē mutata: ꝙ si perspicuitatis gratiæ huius exemplum uolueris, secundum Eupolidis *autolicon uolumen habes ex priori correcto, non secus secundas Cnidias sententias medici illi ex prioribus correxerunt, nonnulla prorsus eadem habentes aliqua addita, quedam sublata, quemadmodum & mutata* Hippocratis *igitur hunc secundum librum, priori, medice magis compositum esse ait.*

Sextus.

Sed neq; quippiam effatu dignum Antiqui de uictu cõscripsere, atqui magnum hoc õmiserunt.

Curationis modus siue contextus, per consuetas materias, uictus appellatur: quemadmodum per assuetas tum incisiones tum exustiones, & quęcunq; alia manibus operantur, chirurgia: tertia quoq; ab his medicinę pars est, pharmaca exhibẽs, ipsa quoq; per pharmaca terminata. Hippocrates autem priores accusat, quoniam nihil effatu dignum de uictu conscripsere, nec dixit hoc quia nullam quæ ad uictus rationem pertineat speculationem conscripserint scripserunt namq;, sed quod non effatu dignum: quid uero sit hoc effatu dignum, ipse in sequentibus declarabit.

Septimus.

Singulorum tamen morborum uarietates, multasq; ipsorum sectiones aliqui non ignorarunt.

Non modo morborum uarietates non ignorarũt, uerumetiã plusquàm opus erat de ipsis scripserunt, quemadmodum deinceps ostendam.

Octauus.

Cæterum quum morborum numerum manifeste aggrederentur, non recte scripserunt: nam bene enumerari haud quaq̃ poterant, si ex hoc quispiam coniectetur, laborantium morbos alternm ab altero in aliquo differre, nullumq; morbum eundem esse uideri, nisi idem quoque nomen habeat. Cæterum in uniuersa arte mihi mentem adhibendum placuit: quæcunque enim officia bene aut recte se habent, tum bene tum recte singula agenda sunt: & quæcunq; opera cito celeriter, & quæ cum puritate since-

ræ & quæ absq; dolore operare oportet: quæ iucũdissime agenda sunt: cæteraq; uniuersa huiusmodi: quæ proxime utilia sunt, ad melius redigendum: uerum eum medicum maxime laudarem qui in acutis morbis, plures homines interficientibus, in eo quod melius est ab aliis fuerit diuersus: sunt autem illi acuti quos antiqui appellarunt, morbum lateralem, pulmonis abscessum insaniam, litargiam, & affectum ardẽtem. Cæteriq; eos sequentes quorum febres interficiunt quum prorsus continue sint.

Quod paulo prius dixi, me deinceps ostensurũ Cnidios medicos ultra id quod iustum est, de morbis scripsisse, ex his quę hoc in loco dicam manifestum fiet: Cnidij medici confestim a principio septem morbos a bili prouenire scriptum reliquerũt, haud secus inferius a uesica duodecim deinceps à renibus quatuor: & postea rursus a uesica in urine stillicidiis morbos quatuor: rigores tres, morbos regios quatuor & phtises tres. ad corporũ enim uarietates a multis causis permutatas respexerunt, affectuum identitatẽ considerare pretermittentes, ut Hippocrates *fecit, qui ad horum inuentionem ea uia ac ratione usus est, qua tantum fieri potest, ut morborum numerus inueniatur: quam confestim incuratiuæ artis initio explicuimus diximus quoque de hoc nonnulla in eo uolumine quod de elementis secundum* Hippocratem *scripsimus: habes preterea nostrum breue commentarium de morborum differentijs agens: sed hoc in loco* Hippocra*tis uerba sequamur, nam interpretationis intentio huiusmodi est: quod si quispiam in expositionibus demõstrationes scribere uoluerit, in lõgum nimis protrahetur oratio atq; pro-*

priſſima pars dimittetur, quæ ad pernitioſorũ morborum curationem utilis eſt, caput quidem præſentis orationis hoc eſt, inſequentibus autem ſingula exponam.

Nonus.

Nam quum cõmunis non peſtilentis morbi modus aliquis uagetur: ſed diſperſi fuerint morbi, & ſimiles ab his affectibus plures intereunt, q̃ a cæteris uniuerſis.

Plerosq; morbos eodem tempore fieri, hoc ſermone oſtendit, qui ſi pernitioſi fuerint, peſtis appellatur. quum uero mitiores alia quadam appellatione declarant, epidema, ideſt morbum uagantem nominantes, ut epidemus ſiue morbus uagans ſit: qui aliquo tempore, in eadem regione uagatur: peſtis uero morbus uagans pernitioſus: eſt etiam aliud morborum genus commune multis, quod pro temporis ſtatu oritur populare appellatum, his uniuerſis morbi diſperſi aduerſantur, qui communi modo non conſiſtentes, diuerſo pacto ægros infeſtant: quidnam igitur eſt quod ab ipſo dicitur, ſed diſperſi fuerint morbi & ſimiles: oppoſitũ enim dici oportebat & ipſos inuicem ſimiles non eſſe, quod non ſimile eſt: ſi quidem morborum aliquem, popularem & epidimum & peſtiferũ ſimilitudine iudicauit, duorũ itaq; alterum, uel talem ſcripturam meliorem exiſtimandum, ſed diſperſi fuerint morbi & non ſimiles: uel ipſos non ad inuicem ſimiles dicendum uideri, ſed his qui prius dicti ſunt, hoc eſt conſuetis: nam morbi uagantes & peſtiferi rarius eueniunt. At qui ab ipſo diſperſi appellantur conſueti ſunt. de quibus hoc in loco agetur, quemadmodum de morbis uagantibus in libris de epidemijs: de popularibus autem in libro de aquis & aere & locis: de peſtilentibus uero mor-

bis nullum uolumen seorsum composuit: quia unum ex epi demijs ipsa esse per illa demonstrauit.

Decimus.

Idiotæ igitur non admodum discernunt, eos qui in illis differunt ab his qui a proximo rem contemplati sunt.

Idiotas non prorsus discernere ait medicos differentes in huiusmodi morbis ab his qui a proximo rem cõtemplati sunt, ꝙ autem acutos dicat, manifestum est, de quibus in superioribus sermonem fecit.

Vndecimus.

Magisqꝫ laudant auxilia quum aliorum sunt, & uituperabilia sunt.

Neqꝫ conuenientes, neqꝫ laude dignas curationes idiotas dignoscere ait, sed alias magis, unde neq; laudare ipsos recte, neqꝫ uituperare: postea ac si dictorum demõstrationem apponeret hęc scribit.

Duodecimus.

11 Sane haud mediocre iudicium hoc esse arbitror, ꝙ populares ipsi circa hos morbos illorum maxime inscii sunt, qui enim medici non sunt, medici esse uidentur. præsertim in his morbis: facile siquidem est, nomina adiscere eorum quæ huiusmodi ægris exhiberi consueuerunt: nam si quippiam nominauerit ptisanæ cremoré, & uinum tale, uel tale, aut etiam mulsam uniuersa eadem tum præstantiores tum deteriores medici dicere popularibus uidebuntur, sed hæc ad hunc modum minime se habent. quinimmo in his longo interuallo inter se dissident.

Quia huiusmodi materijs quæ ad uictus rationem pertinẽt, tum præstantiores, tum deteriores medici utuntur idiotæ propterea præstantiores discernere nequeunt, nec eos qui tempestiue & congrua quantitate, auxiliorum materias ægris offerunt, & qui secus: cęterum hoc in loco Hippocratis ubi descripsit secundum Prohemium quæ sequuntur in pręsenti sermone exorditur.

Decimustertius.

Verum ea scripturæ maxime digna mihi esse uidentur, quæ ignorantur, & medici scitu oportuna sunt, necnõ quæ magna tum utilitates, tum nocumenta inferunt, ignota ergo etiã hæc sunt, cur in acutis morbis nõnulli medici ptisianas non collatas perpetuo exhibent, secꝫ recte curare arbitrantur, aliqui prorsus faciũt ut æger nullum hordeum ingeret, magnum siquidem nocumentum esse putant, sed cremorem lintheo collatum exhibent, præterea ipsorum aliqui necꝫ totam ptisianã necꝫ cremorem offerũt, alii usꝫ ad septimum diem, alii semper donec morbus iudicatus sit.

Quod ab ipso propositum est magis ad dialeticam pertinere uidetur, quum etiam absꝙ his quæsitis recte curare possimus: nam ex agendorum scientia rectam morborũ curationem medici consequuntur, non discordię causam quęrendo eorum qui in his morbis diuersas curationes conscripsere. Cęterum ut procedente sermone ostendã, non modo ad ueritatem maxime utile est, uerumetiam omnium aliorum prĩmum, & quæsitu necessarium, enimuero ꝙ proponit, quę si-

tu esse dignum & quo pacto id soluet in primis prosequi melius est, igitur questionis esse dignum, hinc adisces: phylosophorum enim discordię nullum euidens inditium certũ habemus, neq; enim an genitus sit mundus, uel corruptibilis: neq; si inane extra ipsum sit, neq; si infinitus, neq; si unus uel plu es, neq; quot numero si plures sunt nec si ipsorum multitudo incomprehensibilis sit, an infinita manifesto inditio consequi potest: haud secus alia non pauca phylosophorum quæsita, nonnulla prorsus indicare nequimus aliqua, multa consideratione: cæterum in his quæ ægros iuuant, nõ ita se habet. nam ipsorum inuentio longo tempore indiget, homineq; a multis discrepante, quæ autem inuenisse quidam referunt, facile iudicium habere uidebuntur. nam si ęgris adhibita iuuabunt, laudãda admittendaq; sunt, lędentia uero tum euitanda tum reicienda: Verum nihil effatu dignum uel ledentia uel iuuantia, neutra existimare oportet: At medicos palam lędentia euitare: sanè in his quæ exiguam differentiam habẽt, nihil mirum si insistant, qui quomodocunq; ab initio sunt opinati: quæcunq; uero admodũ recesserunt, adeo ut ab aliis laudentur, & a quibusdam uituperentur, in his quispiam admirari posset, uel laudantes quæ magnam offensam habent. Vel euitantes uere iuuantia. hoc itaq; est quod ab Hippocrate in uno particulari exẽplo proponitur. Cæterum hoc idem eiusq; solutio, tum paucis tum manifeste ab Erasistrato Hippocratem prorsus sequente, in primo de febribus uolumine dictũ est: nam posteaquàm medicos qui remedia maxime opposita, in febribus utebantur in pręfato uolumine enarrauit, & maximis inediis ęgros opprimentes et petronem qui tum uinum tum carnem exhibebat, prosequens in littera ad hunc modum

ſcribit. in multis igitur ualde magnus plagis inciderunt: ſi autem uniuerſi febrientes in huiuſmodi curationis modo, male liberati fuiſſent, a curatione deſtitiſſent qui ita curabant, ſed ut uidetur, ille curationis modus omnibus febribus non conuenit: laudandus ergo eſt Eraſiſtratus aliíq; qui quęſitum hoc proponentes ſolutionem etiam ſcripſerunt, laudandus etiam qui primus ipſum propoſuit, ſciendumq; non magis de acutis morbis quàm de omnibus proponi hoc quæſitum & ſolui, inquiſitio etenim in omnibus communis eſt: non enim in acutis ſolum uerumetiam in cæteris morbis in curatione medici diſſentierũt: & propterea unusquisq; in proprijs remedijs longo tempore perſiſtit, quia quosdam ab ipſis iuuari manifeſte aspiciunt: in cæteris autem quæcunq; nullam utilitatem præſtant: confeſtim quidem & ægros occulte aliquid deliquiſſe arbitrantur: q alioquin ipſe etiã Hippocrates in libro de fracturis dixit de his qui fracturas cum ulcere perperam uinciunt, & ob id lædunt: non enim ait ligationem cauſam eſſe putant: ſed aliud quoddam infortunium ſic etiam in his quę ad uictus rationem pertinent eos arbitrari, par eſt: ſed quod in præſenti oratione dixit, manifeſtum eſt: ſi quis ex ſe attenti animo bis & ter legerit in particulari nanq; exemplo communem rationem docere inueniet: quam non modo phyloſophi uerumetiam ferè omnes rationales artifices uniuerſalem appellare conſueuerunt: Eraſiſtratus ergo aduerſiſſimarum uictus rationum meminit: Hippocrates autẽ alienas ommittendo, ad moderatiores ſe contulit: Vere enim illæ alieniſſimæ ſunt tum quę per extremam inediam fiunt, tum quæ per repletionem immoderatam: quemadmodum petronas curabat, ex his uero moderate quarum meminit

Hippocrates in acutis morbis ab insignibus medicis exhibentur: nonnulli enim ptisanam hordeaceam in his administrant aliqui cremorem tantum, aliqui neq; hunc in acutis morbis & ante indicationem, quidam aqua sola utuntur donec morbus iudicatus sit, in interiacente tempore exhibentes solos potus, tum aquæ, tum mulsæ, ac oxymellitis si opus sit: discordiæ itaq; causa est: quam Hippocrates ipsæ in sequentibus faciet. dixitq; ab Erasistrato in primo de febribus eam perpulcre enuntiari: est autem huiusmodi: quia nonnulli solo ptisane cremore quidam etiam ptisana hordeacea aliqui ne utro ipsorum indigent, sed solis potibus usq; ad iudicium, magna utilitate seruãtur ac deinceps demonstrabit quosdam esse quibus ptisana hordeacea, aliquos quibus cremore, nonnullos quibus neutro ipsorum opus est.

Decimusquartus.

Sane huiusmodi quæstiones medici ꝓponere nõ consueuerunt, fortasse autem neq; propositæ inueniuntur.

Hippocratem primum fuisse qui hoc quæsitum proposuerit, et soluerit, ex hac oratione manifestum est, huiusmodi enim ait a medicis proponi non consueuerunt quod si & si quispiam ipsis proponeret: fortasse neq; solutionem inuenirent.

Decimusquintus.

Atqui uniuersa ars a popularibus tantam calumniam consequitur, ut medicina prorsus non esse uideatur.

Hac etiam oracione in particulari exemplo aliqua uniuersalia edocet: primum quidem ꝙ discordia illorũ qui quodũ exercitium agunt, iustam ignorantiæ suspicionẽ præ se fert: secundo

secundo rursus ꝙ concordia iustammagamꝗ cognitio-nis spem: quod etiam geometricis demonstrationibus ha-ud parum contulit: non solum.n. discipuli eis fidem adhi-bent. Verum etiam idiote eorum ueritatis opinionem ha bent: ꝙ geometricis demonstrationibus eos uti aiūt: qui tū manifeste tum absꝗ cōtrouersia aliquid demōstrāt uerum in sequenti oratione discordie rationem prosequitur.

Decimus sestus.

In acutissimis nancꝗ morbis adeo inter se discē tiunt artifices, ut quæ alter exhibet, optima esse existimans ea alter iam mala esse putet: quo fit ut ars diuinationi fere similis uideatᷣ: nā ēt augures eandem auem si dextra fuerit bonum esse putant, si sinistra, malum atꝗ in auspicina ad eundem modum, alia in aliis: sed uaticinan-tium nonnulli contraria his: quocirca specula tionem hanc pulcherimam esse dico, & germa nū plurimis q̄ in arte sunt: & oportunissimis.

Artem quam auspices exercent, diuinationem appellauit; eam uero quæ a non paucis sacerdotalis dicitur: ieroscopiam, hoc est uictima prospicientem: quam non immerito & alii antiqui ieroscopiam uocant, nam uictima inspiciē tes in huiusmodi experti, ex his futurum prænuntiant: ui-ctima autem dici non ignoramus uniuersa quæ in deorū honorem fiunt: quales sunt sacrificate uictimæ quarum ui scera aspicientes ieroscopi.i. aruspices futura prænuntiāt uerum augurantes ex auium uolatu quos & auspices & auium spectatores uocant, eos nunc Hippo. mantis idest augures appellauit: quanq̄; auguris nomen & mantici.i. diuinatio de cunctis artibus ad hunc modum prædicen-

tibus profertur: augures etenim uocant & aruspices & auspices & eos qui geneatrici uocantur & qui per notas & q per uictima futura predicunt, & ad hec fatidicos et diuinatores, aliqui etiam somniorum interpretes a poeta appellatos inter augures collocant: Hippocratē aūt auspices solos augures appellare manifestū est: haud secus q̄: poeta etenim ille quoq; in multis partibus suę poesis posteaq̄ artem quæ ex auium uolatu auguratur, futurorum precognitionem esse demonstrauit, similiter in primi libri initio ait, cōsulamus itaq; augurem quempiam uel aruspicem uel somniorū interpretem, etenim somnium ex Ioue est, aruspicem quidem dicens, eum qui uictima prospicit: somniorum autem interpretem, circa insomnia uersantem, augurem uero eum qui ex auium uolatu auguratur, non. n. in maximis eum prætermisit, multis in locis suę poeticæ: etiam arte usus ad aues spectante: sed hec & plura fortasse q̄ decet de auguris appellatione diximus quocirca ad id quod dicitur transire iam tempestiuum est: nempe quod dicit huiusmodi est, qui diuinatorias artes exercent nō minus q̄ medici inuicē discentiūt in multis particularibus: ego equidē interdū uidi auspices discordes in his ipsis uolatibus quos dextros et sinistros nūc hippocrates meminit alter arabs erat alter græcus ex Asia nostra sane arabs dicebat dextram auem mulieres ægras seruare, sinistram uiros, qui uero ex asia erat, dextram in uiris ęgris apparentem, interrogantibus si saluarentur, interrogationem affirmare sinistram negare recensebat: eos itaq; interrogaui si quomodocunq; uolantem dextram uel sinistram auem eandem uim habere dicunt, nihil differre arbitrantes si celsissima uel terrę propinquissima uel media est.

& si in medio, an propius celsissimam aut in medio parte modo etiam de propinqua & remota distantia auspicem interrogaui an quicpiam inter se differat, sane arabs quo modocunque se habeat distantia aut ad altitudinem aut ad longitudinem aut ad latitudinem, nihil differre respondi dit: grecus autem & de mediocri & dextro & sinistro distinxit, & hec ab auspicibus scripta eẽ asseruit īmoderatas autem distantias mediis oppositas atq; apolleti athenei cheremonis artemidori phocensis aliorumq; augurum probabilium libros hoc idem testantes demonstrauit, cognoui ergo arabum indeterminatum grecumq; distinctum & artificem: nam quum ars per experimenta suarum speculationum iudicium consequatur: circa determinatum & indeterminatũ discordia oritur, atque hoc ab Hippocrate edoctus in auiũ uolatibus grecum magis artificiosum uideri iudicaui: & ex abundantia probatissimos auspices testes adducens longe magis fide dignus fuerat: quũ uero arabs plurimos testes citaret, quibus ægris uera prædixit, illi causam enaraui, ut plurimum consequnte ueritatis: nam si moderate dextrum uiros seruat, immoderata autem mulieres, & immoderata quãplurima sunt, moderatũ uero unũ solummerito in multis finem obtinuisti, atq; in paucis errasti: grecus autem auspex etiam quasdam alias determinationes adiecit, quibus & si dextrum immoderatum sit, interdum seruari egrum indicabit, Cinedum nanque & muliebre studium exercens uelut sacerdotem muliebribus indũtiis seruari dicebat, rursusque hoc ab optimis auspicibus scriptum ostendit: & ad hec alias distintiones addidit: quas Arabs penitus ignorare uidebatur: dixi autẽ hec obsequẽte testũ quẽ nemo pbe exposuit: queadmodũ neque pscri

ptum ubi ait, ſane huiuſmodi queſtiones proponere medi ci non conſueuerunt: fortaſſe autem neq; propoſitę inueni untur: quum .n. dicit huiuſmodi: hoc eſt quę ita diſſonant, quidam de ſola ptiſana non recte intellexerunt, aliqui pa rum melius de acutorum uictu, nonnulli de omni ſimplici ter, alii de curatione uniuerſa, meliuſq̃ priores nundum tamen neq; iſti perfecte nam ueluti dixi, uniuerſæ diſcor dię quæ experimento iudicari poteſt, cauſam quęſiuit hip pocrates q̄ autem hoc ita ſe habeat, per ſequentem ſermo nem manifeſte adiſces.

Decimus ſeptimus.

Vniuerſis etenim egris ad ſanitatē & ſanis ad ſecuritatem, & ſeſe exercitātibus ad bonum ha bitum atq; ad quodcunq; quilibet uult, ma gnum quippiam pollicetur.

Preſcriptā orationē Hippocratē de ſola ptiſana protuliſ ſe exiſtimantes præſens ſermo redarguit eos etiam qui de uictu ſiue acutorū ſiue de uniuerſo ſimpliciter, nō ſecus quā de uniuerſa curatione problema eſſe arbitrarunt apertiſ ſime nanq; propoſitus nobis ſermo redarguit, tum eos qui de ptiſana tum de ſolo acutorum uictu, tū de omnibus mor bis exiſtimarunt eſſe orationem: ita nanq; ſcriptum eſt: uniuerſis etenim egris ad ſanitatem magnum quippiā pol licetur enim uero omnes egri a ſolo uictu non curātur, quū multi ſint qui & manuali operatione & pharmatia indi geāt: lōgeq; magis neq; a ptiſana ſola neq; de ſolo acutorū uictu neq; de uictus ratione ſimpliciter in omnibus mor bis hoc in loco ſermonem habet, nec de ſola eius diſcordia: ſed de omni ſimpliciter arte quę experimento iudicari po teſt: qui .n. cōmune uniuerſaleq; iudicium comperit, eo par

ticularia iudicat: quod autem de ptisana medicis cõtrouersiam parit particulare quodam est, sicuti quod de uictu, non in acutis solum uerumetiam in oĩbus morbis, & adhuc generalius de curatione uniuersa, atq; hoc uniuersalius de omni corporis prouidentia, & si sanisfiat, nã hii quoq; arte indigent, precepta tradẽte nõ ad aquirendam sanitatẽ sed conseruandam, quod Hip pocrates dixit, & sanis ad securitatem, nã ad cuiuslibet conseruationem securitate opus est, seseq; exercitantibus ad bonum habitum quę situm utile esse ait, sicut.n. egrorum curatio proposita nunc ab eo speculatione indiget, ita sanorum securitas, seruande sanitatis gratia & sese exercitantium prouidentia, ut bonum habitum possideant: uniuersa itaq; hec ad artem ptinent. Verum quod sequitur, ad omnẽ artem extenditur, inquit.n. et ad quodcunq; quilibet uult nam: & auspex et aruspex musicus et retor, omnis deniq; simpliciter artifex proprie artis discordie cãm intelliget, quæ una est, quũ unusquisq; particulare ad uniuersale transfert: non secus auspicum discordiam cognoui. Verioraq; dicentem iudicaui atq; ppterea parum superius tum Arabum tum Grecum auspicem commemoraui. Omnis.n. artis constitutio fit ex propriorum a communibus distinctione nam qui uniuersa distinguere potest, optimus Artifex est: Vt autem constitutio fit & iudicium in distinctione consistit: falluntur nãq; qui artes constituunt: quando quod uni accidit, uel ad omnes uel ad plures q̃ conueniat, extendunt: sane quod nulli accidit nemo in tali arte uerum esse sibi ipsi persuaderet, nam in hoc uere controuersia fit, quia unusquisq; sibi ipsi persuadet, non circa simulatum fictumq; litigium contendentẽ, quemadmodum nonnulli aliter q̃ in animo ha-

bent, disponuntur: & dicentes ignotum esse an uigilemus dormiemusue uel sapimus insanimusue & si hoc manifestũ esse concedatur utri magis uera dicant, ignotum esse aiũt siue uigilãtes dormientibus, siue dementibus magis, qui de uientes non sunt, Verum nemo persuasus ad hunc modum, neq; q ita in animo habeat sed hos sermões cõtentionis gratia fecit: cæterum immedendi arte aliqui noua inuenire conati sunt, quia in prioribus bonum aliq; inuenire non potuerunt. Vulgarium affectum intelligentes quem Hippocrates dixit: nam externum nundum intelligentes an bonũ laudant, magisq̃ consuetum quod bonum esse nouerunt: aliqui etiam suauium uictuum promissione persuadentes, egros alliciunt: sui maleficij non ignari: sed uel lucri cupiditate, uel gloriæ talia scelesle committere conantur: enarata ergo in uerbis facta controuersia, qualis est ea quæ ab huiusmodi uiris fit: uera constansq;, discordia oritur quũ affirmatio nõ distinguitur, sed uel de pluribus q̃ conueniat, uel de omnibus ac si eodem modo se haberent enuntiatur. Atq; in hoc Hippocratem laudare iustũ est, qui solũ ueram discordiam commemorauit: quam uolentes artẽ aliquam constituere uere patiũtur in eorum animis quum diuersas habent opiniones: non in uerbis simulate cum dolo ob glorię uel diuitiarum cupiditatem: nullus.n. qui recte opiniones experiẽtia iudicauerit ad petronis uictus rõnẽ perueniret, qui carnem assã uinumq; nigrum accute febrientibus exhibet sicut neq; tantu siti eos crutiaret, ut cotylis aquę uigesimam partem administraret, huiusmodi nanq; oblationes omnibus absurdæ sunt, duorumq; alterum, uel a scelestis uiris quia externa sunt exercentur, uel ob extremã admirationem, si uere soli inuenisse ueritatem exi

stimauerint: quę uero ab Hippocrate scripta sunt, etiā sapientibus uiris artem uere constituere studētibus fieri possunt, quia magnam lesionem inferre nequeunt, quando quibus non oportet offeruntur, talia igitur distinctu difficile ab experientia iudicium habent, quæ uero multum differunt, facile: in his ergo quę inter se parum exuperant discordiam iudicare & demonstrare qui acute laborantium sola ptisana allendi sunt, & quibus hordeaceā offerendū, & quibus nequaq̄ sed solum potum usq; ad iudicium porrigendum, Hippocratis mente dignum est.

decimus octaus

In his ergo morbis acutis frumētaceis cibariis ptisanam preferēdā mihi esse uidetur, eosq; laudo qui eam prætulerunt: eius. n. uiscositas lenis continua iucunda lubrica moderateq; humēs est: sitim præterea extinguit, ꝑbe abluit, si quid & hoc īdigaerit: ad hæc neq; astringit, neq; malam perturbationem habet: neq; in uentre tumescit, nam in decoctiōe intumuit, quo ad maxime intumescere potuit.

Qui de ptisana hunc librum inscripserunt, hāc orationem tantum legisse, mihi uidentur quemadmodum qui aduersus cnidias sententias, primum prohemium: in secundo. n. non amplius aduersus cnidios medicos sermonem habere sed ad acutorū morborum curationis exercitationem conuerti, ostensum est: tertius uero sermo, quem hucusq; percurrit, ad artem spectat, qua acuti morbi in uictu regūtur, nec tamen ad hanc solam utilis est, sed altero generaliori subiacet: demonstratum autem est in commentarijs de fracturis articulisq; Hippocratem sermones alteris uniuer-

falioribus fubrectos defignare confueuiffe:uniuerfaliumq; doctrinam ex his facere, propofitis ut exemplis: ita.n. neq; a propofito recedit inftituto, neq; multoties commune multis edocet quemadmodum autem de ptifana fermonem habuit eius difcordiæ caufam querendo indicandoq;, fic & de uniuerfo acutorum uictu rectum iudicium fecit: etenim de uenæ fectiōis purgationis fuppofitorij & clyfteris ufu nec fecus de emplaftrorum fomentorum uini mulfæ oxymellitis & balnei ufu, non parua inter medicos difcordia orta eft: de quibus omnibus Hippocrates in hoc libro percurrit, una methodo quā nuper dixi cuius facultaté nouiffe uifi funt, & qui empericos fe ipfos appellant, determinationibus propria a communibus fe iungentes: diftinctiones uero magis q̄ determinationes uocare confueuerunt, fermones qui proprium a commune feparant diftinguntq;: iam ergo uideamus quę de ptifana ab Hippocrate dicta funt: priores inquit medicos frumentarijs cibarijs ptifanā in acutis morbis recte præferre mihi uidetur: frumentaria aūt cibaria dicit, quæ ex frumento fiunt: homines uero frumentum appellant. præcipue quidem triticos fed iam etiam hordea & Zeas cum his diftribuunt. Ceterum ad plura appellationem extendentes, cerealia quoq; uocata femina connumerant, lentes uidelicet, fabas lupinos cicercula panicum milium pifum fenum grecum auenā tipham cicera & quæcunq; id genus alia, horum igitur omniū frumentariorum cibariorum cetera etiam uulgaribus cognita funt, quia confeftim magnum inferunt nocumentum, panis autem folus & chondrus in acutis morbis exhibetur, & ad hec ptifana fola uti licet: lens.n. & milium & fenu grecum ut medicamenta in quibufdam uentris morbis exhibentur

non ut cibaria nutritionis gratia: frumentariorum ergo ci bariorum ptisana recte præponi ait pani u₃ & fari & Zeis ex quibus fit quod tragus dicitur: nam qui farem Hippocratis tempore nundum fuisse arbitrantur, hac ratione decipi demonstrabis quia antiquorum comicorum non pauci chondri meminere: ipseq; Hippocrates in eo libro qui de sanorum uictu inscribitur q̃q̃.n. Hippocratis non est, liber ille sed Euriphontis uel phauntis uel philistionis uel aristonis uel cuiusdam alterius antiquorum, nam ad multos ipsum refferunt, omnes illi antiqui uiri sunt, aliqui Hippocrate seniores quidam contemporanei: hic autem Hippocratem heraclidis filium commemoro cuius hic liber est: Hippocrates.n. eius auus gnosidici filius quorundã iudicio nihil scripsit, quorundam duos tantum de fracturis articulisq; ceterum propter quid frumentarijs cibarijs ptisana recte preposita est: demõstrabitur, his quæ ipse infert ad hunc modum scribens: nam quæcunq; ad acutorum morborum curatione illi bona adsunt, aliorum nulli inuenies: de hoc autem rectum iudicium facies si & acutorum morborum naturam & ptisanæ uirtutem intelliges: acutorum itaq; morborum natura est, ut ipse parum superius dixit: quorum febres prorsus continuę sunt: febris autem generatio naturalis caliditatis ad igneum permutatio est: ut alibi demonstrauit, & nunc declarabit de ipso inquiẽs ex pectore si quidem incipit, flammamq; ad caput mittit, quin etiam inde morbis uagantibus commentarijs magnam febrem ignem appellare consueuit, quasi aliam non habeat naturam pręter ignis substantiam: si igitur contrariorum contraria sunt remedia, febrium proprium remedium tum refrigerantem tum humectantem facultatem habere neces

se est:hoc.n.contrarium erit naturę febris quę callida siccaque est, talis.n.ignis:de febribus pręterea ex humorũ putrędine factis, non parua diligentia habēda est, eos concoquēdo:quantum concoqui possunt, euacuando autem qđ iam exustum est, nec amplius concoqui potest: ciboque qui hæc efficere possit febrientibus opus est ꝙ si et facile concoquatur & distribuatur iam uniuersa talia quibus indigemus habuerit quæ igitur est ptisane facultas ab ipso audiamus:uiscositas inquit lenis, lene exasperāti opponitur exasperant autem acria & acida & astringentia acria quidem omnia sunt calefacientia:ut eruum & fenum grecum acida uero cetera dimittātur & de oximellite solo sermo habeatur:quemadmodum ex astringentibus dimittantur pira agrestia & mespila & id genus cetera exasperantiũ igitur malitiā ptisana effugit, ut pote quę tum tactu tum facultate lenitatem obtinet præterea eius uiscositas continua est quum partes prorsus uniformes habeat, ob exquisitam unitatem, quod ↄ̃eis non inest:iucũditas quoque non parua laus ptisanę est, quæ immitti opponitur, hoc est quod dum assummitur insuauitatem parit, sicut etiam panis insuauis est dum assumitur nisi abunde ipsum madefeceris:sed hac quoq; ratiōe a ptisanæ suauitate deficit, ꝙ neque masticatione indiget sed ut potus assummi pótest:neq; paruæ prerogatiue est eius ludibricitas & presertim cremoris:pertrāsit. Enim thoracem nulla eius parte in transitu relicta:quēadmodum ea quæ ita implastrantur ut cum difficultate dissoluantur, fereq; uniuersa uiscosa ptisana excepta hoc passa sunt ueluti ex fare sorbitio. Viscositatem habet, & lubricitate caret at ptisana tum lubricitatē tũ absternēdi uĩ habet:quocirca ut uiscosus humor uentri aplicitus effun

datur ptisanę cremore ueluti etiã mulsa medici uomitum ciunt: puerorum quoq; mangones ut uitiosos cutis colores detergãt crudam lenientes faciem inungunt: hec itaq; eius abstersio ad subductionem etiam distributionemq; accommodatur, & præsertim quando quod distribuitur alimentum ex concaua iocinoris parte ad gibbam deferendũ est: mali. n. humores glutinosaq; uniuersa hoc in loco applicãtur: ac propterea cundrus non modo hac parte affectos maxime ledit uerumetiam non affectos sed in naturali formatione angustos habentes meatus: nam qui a natura ita affecti sunt uiscosa, crassiq; humoris omnia, ipsis infartiuntur: quo fit ut in horum distributione in uiscere grauitatem sentiant: humens præterea ptisanę uiscositas est: non admodum ut aqua & mulsa & ad hac ex condro sorbitio & oua sorbilia: uniuersa nanq; hæc ęgris ipsis ita manifeste stomaco nauseam pariunt, ut ipse euerti uideatur At ptisana humectat quidem nec stomacum euertit: stomacũ autem nunc intelligere oportet ut hominibus dicere mos est non modo meatum uerumetiam os uentris quum igitur hoc tum imbecille tum exolutum redditur diu in eo permanet, quod ingestũ est, ei supernatans sed contra euenire potest: quando ab aliquo ex his quæ stomaco infesta sunt subuersum: quod continetur expellit: humiditas. n. cõfestim cum eo recedit & concoquitur & subducitur quod ita expulsum est quemadmodum in concoctum permanet nec cito descendit, in ore uentris supernatans: nam huius partis appetere non concoquere officium est, edulia ergo astringentia sicuti os uentriculi roborant sic etiam plus iusto exsiccant: nec secus ex fare sorbitio ut humectare ita & nauseam parere potest: ptisane itaq; humectantium uirtutem

assequutā malitiam effugit, sed quid deinceps Hippocrates inquit etiam sitim extinguere: maximum quicpiam & hoc esse testatus in morbo quod uniuersum corpus tū exurit tum desiccat, hoc igitur ptisana ét q̄ mulsa lōge melior est: q̄q̄ ad morbi iudiciū conferre qđ deinceps ei in esse dixit similiter mulse cōsecuta ē et si mulse ptisanā cōparaueris in acutis morbis eā p̄ferendam inuenies sed hoc procedente sermone ostendam nam de ptisana sermonē absoluere tempestiuum est, probe.n.eā abluere dixit, addendo si quid & hoc indiguerit quasi non in omnibus acutis morbis nos īdigeamus edulio quod facile abluat: cetera nanq; uniuersa bona de ptisana dicta acutis morbis prorsus utilia sunt, At proba ablutio in quibus uentrem subducere uolumus accomodata est, quando cibus in transitu moratur: neq; ergo quia febris affectui opposita neq; quia unum ex proprijs remedijs sit sed quia aliquod symptoma corrigit, facilis ablutio utilis est: deinceps uero ait, neq; astringit neq; malam perturbationē habet, uidelicet ptisane uiscositas ita.n. de ea sermonē inceperat, non astringere autem aliquibus præsertim bonum est, nanq; uel excepto symptomate quod anime defectum inducit uel uentris īmoderato fluxu, nullus aliqđ ex astringentibus edulijs uteretur, conuiunt si quidem astringūtq; corpora & distributionis cibiq; trāsitus & difflationis quæ ad extra fit, claudi cogunt quos apertos esse prodest, perturbationem uero nō habere, hoc est nullam in concoctione perturbatiōem facere etiam ob laudē ptisanę profertur qđ a multis edulijs gignitur partim uentrem mordicantibus partim inflātibus & quibusdam ex partibus quoq; facultate pugnātibus cōpositis, quod & lenti et cauli inest: eorum.n.terre

stre corpus uentrem astringit, succus proritat & subducit: haud secus quoq; crebrum cum oleo & garo cundientes: uniuersum ex ipsis, & diuersarum partiū & sibi ipsi pugnans conficiunt, cerebro quidē manente tardeq; penetrante, mistis uero illi ad deiectionē excitare idoneis: sic etiā ouum, siue cum melle siue cum sale siue cum garo assummatur ex his compositum differentes obtinet facultates fereq; uniuersa brodia, quocirca etiam in sermonis initio, ptisanæ uiscositatem laudans dixit continuam quod esse nō posset nisi totum similare esset. Ceterum hoc in loco perturbationi malam quoq; addidit, non simpliciter dicēs ptisanam perturbationem non habere sed malam addendo, nihil. n. magis, q̃ hoc ciborū concoctioni aduersatur: quapropter qui de concoctione uerba fecere ciborum uarietatem & præsertim quum ex appositis facultatibus componuntur maxime ledere aiunt, ut pote quæ assumpta recte concoqui prohibeant. Quod maxime obseruāt tum qui luctantur tum qui legitime certant, in prandio siquidem solum panem edunt, in cena uero carnem: diffusius autem tibi de his dicerem nisi te ipsum ea inuenire posse cognoscerem ex his edoctum quæ de concoctione dicta sunt in commentarijs de naturalibus facultatibus. quod si eos neglexeris frustra quoq; in his uersaris: quamobrem de perturbatione loqui desistam & ad ultimum ab eo dictum me transferam adhuc de ptisana dicence neq; in uentre intumescit, non ignorās. n. plerosq; ptisanam ꝙ flatuosa esset calumniari merito addidit, nam in decoctione intumuit, quoad maxime intumescere potuit, qua adiectione tū crimen ostendidit tum eius solutionem dixit tū decoctionem docuit: nec minus in sequentibus de decoctiōe scribit sed

cerebrū

in præsentia sermoni de ptisana tantum adijciam, si ptisanā plurimum decoxeris cibum haud quaq̃ flatuosum efficies fabaceā autem elixationem neq; si tribus diebus decoxeris absq; flatu facies a propria namq; substantia flatum obtinet non ueluti ptisana ob diminutam decoctionem: eā .n. cōcoquentes otius desistere cōsueuerunt & presertim diuitū coqui, nam crudam in mortario, terrētes deinceps parum calefacientes non.n. concoquentes dominis offerunt. Verum ut dixi de ptisanę concoctione rursus dicetur: At hoc in loco postea q̃ eius facultatem declarauit, deinceps usus determinationem dicet, ad quem & ego me conuertā prius in memoriam reuocans ptisane sermonem de comparatione tum ad mulsam tum ad cetera prorsus in sequētibus me absoluturum.

Decimus nonus.

Quicunq; igitur in his morbis ptisana utūtur, ne una die, inania uasa sinant ut ita dicam sed utendum nulloq; pacto desistendum, nisi uel ob pharmaciam uel ob clysterem desistere oportuerit.

Hoc in loco quęsiti solutionem agreditur, sed quum diminuta uerborum intepretatione usus fuerit propterea obscurum sermonem reddidit, ego igitur referre enitar eo maxime modo interpretādo, quo nullam obscuritatē habeat sed ab initio ipsum hoc pacto reasumam, quæ nam discordiæ causa est, ut nonnulli ordeacea ptisana quidam solo cremore aliqui neq; hoc usq; ad iudicium utāutur: problema huiusmodi est, deinceps solutiōem audiæorum qui acuto morbo corepti sunt, nonnulli a solo cremore quidam a ptisana aliqui a neutro ipsorum utilitatē consequntur,

magis itaq; præcipite de uniuersis, qui ab acuto morbo molestantur, unusquisq; medicus enunciauit, ex quibus nō in omnibus experientia comprobauit, ego uero determinabo, demonstraboq; quinam a ptisana iuuantur & qui a solo cremore, & qui neutro indigent, eorum ergo qui acuto morbo affecti sunt tota ptisana uti indigent: quibus neq; alio auxilio prius opus est, uel uenæ sectione uel uentris solutione, uel quoddam huiusmodi, neq; quicq̄ discriminosū symptoma adest: Cremore autem, qui horum quicpiā magis periculosum habent: At quos uel uenæ sectione uel p̄ uentrem euacuare necesse est, uel dolores sedare his ptisanam uel eius cremorem nequaq̄ exhibe priusq̄ eorum quæ dixi quicpiam egeris: hęc ab Hippocrate scribenda erant, rursus ab uno quoq; particulari incipiendo ad hūc modum sermonem facere, si quidem manifestus esse debebat, quoniam autem hoc non fecit, merito obscurus factus ē, congruum ordinem ommittendo, eius ergo uerba insequēdo, unum quodq; ad proposita capita reducamus, atq; in primis propositum textum construendum, me autem eius uerba breui oratione interprætantem, aliqua simul uerba claritatis gratia addendo, audi: quicunq; laborantes in his morbis ptisana egent, parum uero, procedente sermone dicam, qui sint hÿ qui uti indigent, his neq; una die inania uasa medici sinant, ut ita dicam, nisi uel ob pharmaciam uel ob clysterem opus fuerit, his igitur, quum oportuerit, etiā si bis exibueris recte facies, at quantitas sit, quantum corporis facultas tollerare potest, tibi autem intentiones adducam, ad quas respiciendo, aut per uentrem, aut per uenas euacuabis, aut fomentis uel cataplasmatibus uteris: hæc si prius ad hunc modum dixisset, deinceps ipsorum unum

quodq; reassumendo conuenienti ordine interpraetatus esset, sermo obscurus non fuisset nunc autem quod in medio sermonis intercidit, semper ultro prorsus trãscurrẽs, sermonem largo spacio suspensum dimittendo, merito obscuritatem fecit, sed quum singilatim uniuersa uerba, aperte inueneris, eũ ueritatem dicere perdisces. At uniuersus sermo imperfectus est, atq; ob. id obscurus.

Vigesimus.

Atq; his qui bis in die cibari consueuerunt, bis exhibere oportet, his qui semel assueti sunt, prius semel offerendum, addendo uero si etiam his bis dare contingit, si opus esse uidetur.

Bis eorũ cibandos ait, qui ad hunc modum in uictu regĩ consueuerunt, quum uero bis assumere necessitas fuerit, etiam si semel comedere consueuissent, bis ptisanam dabis, ab inicio prius semel, paulatim uero procedendo bis, nam uerbum addendo hoc declarat, atq; hoc pacto fit, semel quidem in effatu digna quantitate exhibebis, in altera autem oblatione minimum, deinceps paulatim augebis. Et hoc donec utraq; nutrimenta equalia feceris, sermonis uero fides Hippocratis librum legenti nũdum manifesta est, quoniam qui sint qui ptisana debite utantur, ab eo prius declaratum nõ est. At quum in superioribus dixerim moderate laborantes ad hunc modum ab eo cibari, hoc Hippocratem quoq; uoluisse, parum inferius ostendam: propositae oratiõis expositio hmõi est. Ceterũ plures ipsam his uerbis conscribunt, his autem qui semel comedere consueuerunt, semel exhibendum, primo addendo si uero contingit etiam his bis dare, si opus esse uidetur, sed lectio isthec sensum non habet, nam quod dicit primo addẽdo, fieri mi

nime

nime potest, quum additio in pluribus oblationibus fiat, non semel, nec confestim in prima.

21

Cæterum ab initio neq; multam, neq; admodum crassa offerendum, sed quantum consuetudinis gratia quicpiam ingerendum, & ne multa uasorum fiat inanitio.

Hippocratem egros implere dicētes quia singulis diebus, his, qui absq; discrimine sunt bis ptisenam exhibet, si hoc in sermone ab eo dictis mentem adhibuissent, utiq; seipsos dignouissent tantum .n. sorbicionis exhibendum consulit, quantum alimentum consuetudinis gratia corpori afferendum, & ne multa fiat euacuatio, ꝙ si ptisanæ accetabulum, bis usq; od septimum uel nouum exhibitum, minorē uim obtinere concederent, eo cibo quo semel mutuunt, ꝙ a nugis desisterent arbitror, hoc autem parum infra demōstrabit, nunc uero hanc particulā, ab initio exponam, non enim hoc dixit quia a morbi initio, sed ad huc generalius principij significatum intellige nam quāprimum æger ptisana indigere uidetur, tunc neq; multam neq; admodum crassam confestim exhibe, Hippocrates nanq; repletiones, uel euacuationes repentinas prohibet.

22

De sorbitionis uero incremēto, siquidē siccior fuerit morbus q̄ quispiā arbitretur, eam augere nequaq̄ oportet, sed ante sorbitionem uel mulsam uel uinum propinandum quod cunq; magis cōuenire uidetur quod autem singulis modis acommodatum est, in sequētibus dicetur.

ficcior egritudo multis cognoſcitur modis quanq̃ uniuerſalem communemq; rationem eandem habeat abſceſſus quidem in pulmone, & morbus lateralis, ac omnino qui in pulmone & aſpera artheria oriuntur morbi quum ab affectis particulis nihil expuitur, iecur uero affectum aut mediaſtinũ aut quicpiam quod in uentre continetur ſiue ieiunum ſiue inteſtinum ſiue lien cognoscimus aut quum prorsus uenter retinetur, aut duras, & ſeccas etiam squibaleas super fluctates egerit ſicci autem affectus qui tum in uenis tum arterijs conſiſtunt & linguæ ſiccitate & tocius corporis ariditate cognitionem conſequuntur ad eundem quoq; modum in ulceribus quæ in partibus exterioribus sunt ac manifeſte uidentur ſicce inflamationes fiunt, quũ ab his nulla ſanies defluit, ſepe uero oculorum inflamationes ſicce sunt quum nullum excremẽtum emittitur haud secus capitis affectus, ſi neq; per nares neq; per palatum expurgamur, ſicci eſſe congrue dicentur: nullas ergo superfluitates ſecerni, omnium ſiccatum ægritudinum habeatur indicium: conuenienter itaq; Hippocrates in huiusmodi humectatium quicpiam ante ptiſanam asumendum consulit, uel mulſam uel uinum, ueluti magis q̃ aqua humectent, uerũ quia de eorum facultate ſe uerba facturum pollicetur a nobis etiam ſimilitudo, quam cum aqua habent, differatur nam in ea uoluminis parte fieri debet, in qua de ipſorum uiribus edocet.

23

Quod ſi os humectetur & quæ a pulmone ſecernũtur, fuerint, qualia oportet: augẽda eſt, ut ſummatim dicam ſorbitionis quantitas, nãque citius magiſq; copioſe madeſcunt, ce-

leritatem iudicii, significant, quæ uero tardius & magis parce, tarditatem prænunciant.

A siccarum ægritudinum genere ad oppositas, conuersus, postea unius tantum mentionem faciens, omnia non addendo, exemplum in uniuersis eiusdem generis, eius sermonẽ communem reddere assuetum, merito obscuritatem peperit, nam horis humectatio & quę a pulmone expuuntur omnis humidi affectus in uniuersa corporis parte inditia simpliciter non sunt, sed cum affectu alicuius horganorũ quæ respirationi deseruiunt: propterea ut dixi obscurus sermo redditus est, quod tamen ab ipso dictum est, omnium maxime ueritatem obtinet, ea uidelicet quæ per sputa expurgantur, si qualia oportet, expuantur, celeriter iudicantur, At opposita duorum alterum, aut ad pernitiem aut temporis longitudinẽ terminãtur, his itaq; qui bene expurgantur, ut uirtus coroboretur, & humiditates in pulmone genitas expuere ualeant, ptisanam exhibere oportet, sunt enim qualia oportet, ea quæ concoctionis indicia obtinent: de quibus in libro de iudicijs sermonem perfectæ habuimus, atq; in eo uolumine quod de morborum temporibus composuimus, quemadmodum etiam in expositione Aphorismi, ubi Hippocrates quum ueluti, ex post a partibus prænociones faciendæ sunt edoceret, sermonis exemplum morbum lateralem adduxit, ad hunc modum dicens, pinde ac in morbo laterali, si circa initia statim sputũ appareat, morbũ abreuiat, si uero postea appareat producit.

24

Atq; hæc per se talia in omnibus sunt. Verum præter hæc multa alia dimisimus, quibus prænoctiones facere oportet, quæ in sequen

tibus dicemus.

Ego quoq; non pauca ad determinationem utilia sermoni deſſicere dixi, de quibus etiam se dictũ pollicetur, nũc uero circa dicta, tantum attendere consulit nam ipsa per se talia sunt qualia ipse enarauit.

25

Et quanto copioſior purgatio fit, tanto magis exhibendum, uſq; ad iudicium: Ceterum iudicii impetus maxime duorum dierum ſit: quibus uel in quĩto uel in ſeptimo uel in nono iudicare uidetur, ut tum par tum impar perpendatur poſtea ſorbitionem quidem in mane dare oportet, in ſero uero ad frumentacea cibaria tranſeundum.

Per iudicium hoc in loco dixit, aut perfectam morbi ſolutionẽ, aut adeo inſignẽ mutationẽ, ut æger prorsus, piculũ euaserit, adnotari, aũt iubet duos dies poſt iudiciũ, ut qui & ĩparibus & imparibus diebus fiũt acceſſionũ circuitus obseruemus, nã interdum euenit, cõſidẽtes ac ſi morbus exquiſite ſolutus eſſet deinceps negligẽtius cibantes per iodicę acceſſionis redeundę occaſionẽ præbere tutius itaq; eſt quãuis iam morbus iudicatus eſſe uideatur, ad duos usq; dies, exquiſitum uictum, in quo æger utebatur, obseruare, At quũ duos dies poſt iudiciũ pręterierint, iam secure liberalius: cibare neq; tunc uniuersã mutationem faciẽdo: uerũ in mane ſorbitione utendo, poſtea uero procedente die frumentaceum quoq; alimentum offerendo, manifeſtum eſt ergo neq; aliud quippiam egris exhibere ante præfinitum tẽpus nuþ dictũ neq; panem, sed a ptisena prorsus incipere: quod implere haud quanq̃ eſt: sed potius reprehende

re, si quis tenuiori uictu q̃ conueniat uti uoluerit, hæc autem uictus forma neq; tenuior est, neq; grosior quam conueniat, sed inter excessus exquisite medium, obtinet locũ atq; optima est: At uero demonstratio q̄ id medium sit, eorum etiam qui de oppositis Hippocraten accusant, contentio est, illorum. n. thesalii quidem egros eum implere, qui uero Erasistratum sequebantur, inedia interficere dicebant, sane quæ aduersus Apollonium dexippumq; Hippocratis discipulos in primo de febribus uolumine ab Erasistrato dicta sunt. fame cruciatus calumniam ad Hippocratem preceptorem relatam habent, quapropter his potius ignoscendum, utpote magis uerisimilia dicentibus qui uero eum implere aiunt, uiros thesali dignos existimandum, qui neq; aliud quicpiam Hippocratis, neq; de uictu scripta cognoscunt.

26

Cæterum his qui tota ptisana confestim utuntur magna ex parte hæc accidũt iuuaméta.

Siue totam ptisanam, siue ordeaceam, siue simpliciter, ptisanam dixeris, unum idemq; ab his tribus orationibus significatur, quum non colatas ptisanas indicent: nam post coctionem, si quis quum ipsam colauerit, propriũq; succum seiunxerit, ipsum exhibeat, neq; prorsus ptisana, neq; ordeacea ptisana, talis uti dicetur sed tantum ptisanæ cremore: Cæterum hoc quoq; in loco qui nam sint qui ab initio tota ptisana uti indigent, in memoriam reuocabo, facilis autem rememoratio, nisi prorsus maxima negligentia prius a nobis dicta intellexisti: quoniam si ea quæ expuuntur optima fuerint, si neq; pharmacia neq; clystere eger indigere uideatur, ipsum ptisana enutriri consulit, consi-

iijq; rationem addidit ad huc modum scribens.

27

Nam dolores morbo laterali affectis sponte desinunt. Cōfestim: quum quicpiam affatu dignum expuere, purgariq; incipiunt, purgationes ad hæc longe perfectiores sunt, minusq; suppurantur q̃ si alio pacto eos quispiam cibaret, iudicia simpliciora, maiori cum facilitate, iudicant, atq; minus reuertuntur.

Enimuero hęc omnia a ptisana per pulchre fiũt, quum quæ ex punicione indigent humectandi, moderateq; incidendi uim habeat: nec non uirtutem coroboret, nam si ambo una concurant, praui humores a respirantibus instrumentis celeriter expurgantur, quorum tum incidendi tum humectãdi facultas mulsæ etiam inest, sed perinde ac ptisana uirtutem coroborare nequit: opposito autem & panis & far, se habent coroborandi quidem uim obtinent, incidendi uero humectandiq; minime: Veluti neq; aliud quicpiam quod medici nostri temporis egris exhibere consueuerunt, quem admodum oua testiculi gallorum uolatilia pisces columborum pulli aliaq; huiusmodi, ceterum medicus qui morbo laterali corepto, iam prorsus in declinatione constituto lẽtes cum aceto preparatas exhibuit, ueluti nullo alio indigeret q̃ eorum quæ concocta sunt ex puitione, laboranti merito interitus causa fuisse uisus fuit, quum sequenti die obierit, sed nullus qui mentem habet lentem exhiberet, ꝙ si mulsam ptisanamq; eger abhoreret petrosi pisces maxime acomodati sunt, si cum aqua porro anetto sale atq; oleo moderato præparentur, eorum uero qui petrosi non sunt, asselli: at eis prius oxymel dare oportet, nihil .n. uentriculo

alienum obtinet, præter q̃ si in aliquo egro nerui, matrix
q; in mulieribus pateretur, pro quo si uolueris cetera phar
maca exhibenda sunt, quale est quod ex marubio & ireos
conficitur, ipsaq; per se si una cum mulsa propinetur eas su
perfluitates quæ in pectore ac pulmone sunt per pulchre
concoquit, necnon ad expulsionem præparat.

28

Cæterum ptisana ex optimo ordeo esse, & opti
me concoqui oportet; atq; præsertim si non
solo succo uti uolueris.

Optimum ordeum priusq̃ experientia comprobaueris co
gnoscitur solũ, quia plenum est & nullam rugositatem ha
bet, quod uero experientia iudicatur coctione depræhen
ditur, quum plurimum intumescit, cremorq; plurimus ab
eo exprimitur, quod eius uirtutis optimum indicium est:
nam quod a nutrimenti bonitate assummitur scientificum ne
quaq̃ est, neq; prorsus uerum: sed magna ex parte, quum
egregie factum est, at ptisanas semper optimas esse cõsulit,
præsertimq; si non solo cremore uti debemus, sed ipsis uni
uersis, uerum qua ratione hoc consulit ipsemet aperte de
clarauit ad hunc modum dicens.

29

Nam cum alia ptisanæ uirtute, eius lubricitas
si propinetur ordeum, ledere non permittit,
neq; enim adheret, neq; ĩ pectoris ixim, idest
rectitudine permanet.

Per ixim magna ex parte rectitudinẽ intelligere, nõ igno
ramus, nonnunq̃ autem lactionem quoq; ipsam hoc pacto
appellat, a pectore uero ad uentrem usq;, bibite ptisanę re
ctitudinem, lactionemq; per uentriculum fieri manifestum

est, atq; in hoc nihil adherere uult, nam in pectoris pulmonisq; affectibus quũ multa caliditas adest, si adhereat hoc & siccetur nec non admodum aplicetur, fastidiũ quod dam, sitimq; infert.

30

Lubricissima est, sitim maxime sedat, facilime concoquitur, admodum imbecillis existit, optime cõcocta, qbus uniuersis opus est.

Ptisanam recte concoctam non modo lubricissimam sitim maxime sedare, atq; concoctu facilimam esse dixit, uerũetiã in fine admodum imbecillem addidit, recte itaq; concoctã lubricissimam esse, iam in superioribus dictũ est, sitim uero maxime sedare hoc in loco adiunxit, quod ab ordei naturam factum est, siquidem frigidam temperaturam obtinet, quo autem pacto frigidam calidamq; substãtiã in animalibus iudicare oportet, diximus eo in libro quem de tẽperamentis inscriptum reliquimus, At in his quæ anima carent, in commentarijs quę simplicium pharmacorum facultates edocent, concoctu pręterea facilimã ptisanam esse ait, ueluti quę dissoluta sit nihilq; amplius duri difficilisq; concoctionis obtineat, nec non ob coctionis longitudinem ab omni flatu semota sit: quod uero in fine semonis dixit eo pacto decoctam, admodum imbecillem appellans, si nihil de concoctionis facilitate dixisset, ad factã in uentre operationem sermonem retulisse asserere in promptu esset, eam admodum imbecillem dixit: ac si uinci operationisq; a uẽtre atq; mutari facilem dixisset, sed q̃m hoc prius dictum est, eius imbellitatem exponendum censemus uel quia paruum corpori alimentum exhibet: aut quia nullam uehemẽtem qualitatem obtinet, quæ uel neruos uel mentem ledat:

perinde ac acetum, & uinum.

31

Nisi igitur quispiam prostimoristi, idest auxilium præstauerit, ne tali ex ptisaua sorbitioni quicpiam ex necessariis defficiat, sæpenumero ledet.

Hoc pacto doctrinam incipit eorum de quibus paulo prius se dictum pollicitus fuerat, quum dixit non pauca uero & alia oportuna prætermissa sunt quibus subintelligendum censeo. quę in sequentibus dicemus, ꝙ autem timor isse tum ab aliis antiquioribus tum ab ipso Hippocrate, pro auxiliari dictum est, in ceteris quoq; uoluminibus declarauimus, in intrrpr ętationibus in ipsis editis.

32

Nam quibus cibus statim cõclusus est, nisi prius euacuans quispiam sorbitionem dederit, dolor præsens augebitur, ꝙ si præsens non fuerit, confestim generationem consequitur, spiritusq; frequentior reddetur, quod absq; dubio malum est, pulmonem nãq; exsiccat, atq; præcordiis imo ueneri nec non septui transuerso, dolorem infert.

Ciborum ex crementum in intestinis contentum cibum appellauit: quod etiam scybalon, stercusq; nominant, si igitur quum talis superfluitas conclusa fuerit, hoc est nõ subducta longo tempore in intestinis permanserit, quispiam ptisanam exibuerit, latus ledi necesse est; ob intestinorum obstructionem quam aceruato in ipsis stercore habebat, neq; flatu in ptisanæ oblatione transgrediente, atq; ad affectam partem praua facta distributione: quocirca ne-

cesse est dolorem, si quidem præsens fuerit, rursus augeri, si quieuerit, gigni, uapores etenim flatuosusq; spiritus nec nō stercoris exhalationes quum ad latus peruenerint, eius dolorem & facient & augebunt, hisq; spiratio frequētior reddetur, totam autem respirationem spiritum uocauit, tū in prenotionum uolumine tum in eo quod de morbis uagātibus inscriptum reliquit, frequens uero respiratio, ob cōtinuum motum, in respirationis instrumentis plurimam caliditatem efficit, aqua pulmo, ac septum transuersum exsiccatur, unaq; cum his animalis partes circa præcordia atq; peritoneum calefiunt & exsiccatur: nam in respiratione una cum pectore uniuersa mouentur, ceterū quod ab initio sermonis dictum est, nam quibus cibus statim conclusus est, hęc dictio statim ordinem commutatum habet: q si propriam compositionem assumpserit, sermo ad hunc modum se habebit: nisi prædicto ptisanę sorbitionis modo auxilium præstauerimus sæpenumero lædet: statim igitur quibus cibus conclusus est, nisi quis prius ipsum euacuando sorbitionem exhibuerit, maximum efficiet nocumentū.

33

Quum uero lateris dolor adhuc continuus est neq; fomentis remittitur sputumq; minime excreatur, sed deuiscatum nequaq̄ cocte permanet: nisi quispiam dolorem soluerit, aut uentrem subducendo aut uenam incidēdo, quodcunq; horum magis conferre uideatur, sed ptisanam ad hunc modum se habentibus dederit, uitam cum morte cito commutabunt.

Ad memoriam reuocemus: eum de morbi lateralis exem

plo sermonem habuisse: quem ob membranę costas subcin gentis inflamationem fieri demonstratum est: si igitur uigente inflamatione ptisanam quispiam exhibuerit, laborā tem maximi ledet, Ceterum eius uigoris inditium est, tum doloris continuitas tum quoniam fomenta ipsum nō aleuiant, aliud praeterea inditium in textu additum est, nō modo uehementis morbi lateralis, uerūetiam maligni: sputum uidelicet uiscosum sufficienter redactum, expuitionem prohibere, affectisq; particulis inculcatum, atq; aplicitum: nam deuiscatum plus quicpiam pręsefert, quum de propositionem addendo, huiusmodi dictio uehementem uiscositatem indicet: tali quoq; additione ad hūc modum uiscosum ab eo quod concoquitur seiungere possumus id etenim moderate uiscosum euadit, non tamen deuiscatur, hoc est non extreme atq; summe hoc patitur: Verum enimuero ne quaedam subaudiantur ob id addere non pręter misit. nequaq̄ cocte, quod idem atq; indigeste significat, nam quod deuiscatum est in concocte, prauum existit quum ergo eger in hoc constitutus fuerit, si quis, priusq̄ aut uenae sectione, aut uentris solutione dolorem soluerit, ptisanam exhibuerit hominem ad interitum perducet: nā quum inde morbo laterali sermone, dolorem fomentis nō leuari retulit, confestim duo reliqua doloris remedia se offerunt, uenae sectio, & purgatio: illius.n pharmaci usus quod ex opio iusquiamo atq; mandragora praeparatur, dolorosum morbi lateralis affectum, non curat, sed sensū enecat, hoc itaq; in loco uenae sectionem purgationemq; simpliciter commemorauit, at in sequentibus de utriusq; usu determinabit.

Ob has itaq; prophasias, idest causas, & huiusmodi alias lõge magis qui tota ptisana utũtur, in septima, citiusq; pereunt, nonnulli quidem, etiam dementes, alii uero a recta spirandi difficultate, ronchoq; suffocati.

Hippocratem causas prophasias multotiens appellare cõsueuisse, in aliorum quoq; uoluminum expositionibus demonstrauimus uerum quas nam alias causas adictis ab illo, celerem mortem inferre ait, orationi addendum, nam hac in parte ptisanę oblationem, priusq̃ dolor soluatur, commemorauit, sputiq; uiscositatem in frequenti respiratione, ob quam etiam suffocantur, ledere quoq; ait, si uinũ & mulsam & oxymel assumpserint, anteq̃ ueluti suppositum euacuatio fiat, cetera enim neq; idiotis occulta sunt, haud ab re ergo nonnullos dementes mortẽ obire posse enunciauit, uino uinosisq; non oportune oblatis.

35

Antiqui uero haud perperam hos sideratos esse arbitrabantur, ob id maxime nec minus qa quum pereunt, latus liuidus inuenitur icelõ idest similis plagæ.

Huiusmodi opinio antiquis orta est, tum ob interitus celeritatem, tum quia nõnullis liuor in latere eueniebat, ubi uidelicet inflamationis radix fuerat, nam quum ob dolorẽ sanguis ad locum illũ perueniat, quãtus percutim dispersus est, in morte refrigeratus, nigerscit, icelon hoc est ad similitudinem affectuũ qui ex plaga ad hunc modũ fiunt.

36

Huius rei causa est quia anteq̃ dolor saluatur pereunt, celeriter. n. respirationes fiunt.

Hoc pacto eos respirare, deinceps ipse declarauit, ad hūc modum scribens.

37

A multo enim frequentiq; spiritu, quemadmodum iam dictum est, sputum indigeste deuiscatum, redditum fieri prohibet.

Quod nequaq̄ recte ab eo in superioribus dictū est, hoc in loco indigeste appellauit, nosq; eius uocis permutationem in ea parte recte fecisse, testimonio comprobans.

38

Sputum etenim intus detentum spiritum īgredi prohibet, celeriterq; egredi cogit.

In huiusmodi affectibus uniuersus spiritus haud quanq̄ ingredi prohibetur nam si hoc fieret, confestim perire hominem necesse foret, quemadmodum suffocati, sed qui confert, respirationis necessitati, ingredi prohibetur: quo fit ut aliquo temporis interuallo uiuant, sed procedente tēpore quum isthec augetur necessitas, pereunt.

39

Atq; hoc pacto uicissim alter alteri ad malum sintimorisi, idest auxiliū præstat: etenim sputum quum retinetur, frequentem spiritum reddit, at spiritus quum frequens fuerit, sputum uiscosum efficit, atq; elabi prohibet.

Hippocratem cæterosq; antiquos timorim pro auxiliari sepenumero uti consueuisse, in superioribus diximus, nec non hoc in loco sintimorin, uicissim ad malum retulit, pro coagere, auxiliariq;: quo autem pacto coagant, iuuentq;, ipsemet perpulchre declarauit, & a nobis dicetur: Sputum magnam angustiam in pulmonis meatibus in spi=

ritus transitu efficit: atque ob hanc angustiam minus inspirant, quanto autem minus inspirant tanto magis respirationis necessitatem insatiabilem reddunt, proptereaque ad secundam inspirationem: a prima uelotius accedunt, quod frequentem spiritum appellare consueuerunt.

40

Non modo autem ptisana haud oportune utẽtibus, hæc euenire cõsueuerunt, sed lõge magis si aliud quicpiam ptisana deterius ingesserint uel propinauerint.

De hoc paulo prius sermonem habuimus in ea parte ubi ait, ob has itaq; causas, aliasq; huiusmodi, Verum eo in loco uinum mulsam et oxymel commemorauimus sed in hac parte etiam de ceteris intelligendum quę medicorum non pauci ad hunc modum affectis exhibent, longeq; magis uino mulsa atque oxymellite ledunt.

41

Magna itaque ex parte tum his qui tota ptisana tum his qui eius cremore utuntur iuuamenta similia sunt, uerum neutro ipsorum, sed solo potu. utentibus diuerso quoque modo auxiliandum.

His qui ptisana eiusque cremore utuntur, similia iuuamenta fieri ait, solo autem potu utentibus, nonnunq̃ etiam diuerso modo auxilium pręstandum est, sed qualis nam fiat differentia in sequentibus edocet.

42

Prorsus aũt ad hunc modũ agendũ, si qui nuper cibum asumpsit, & uenter nundum subiit, febre corripi incipiat, siue cum dolore si-

ue absq; dolore fuerit: sorbitionis exhibitio, differenda est, donec cibus ad imas intestinorum partes descendisse uideatur.

Enimuero ipse quoq; quum in partes sermonem suũ diuulserit, conuenienti ordine ad sequentia, haud quaq̃ se usũ fuisse, dignouit atq; ob id ipsum reassumendo ad congruum initium peruenit, hoc autem ipsi accidit, quia discordiæ quæsitum soluere conatus, curatiuarũ rationũ in solutione meminit, sed quum hæc animaduertisset illa dimittere & diuerso modo ab initio sermonẽ percurere, oportebat: ad hunc.n. modũ etiã mihi p pulchre euenire uisum fuit diuerso modo q̃ superius de his scribere, supius scripta dimittẽdo, quo itaq; pacto unam propositumq́ suũ soluere necnon sermonem ordinare oportebat, aperte uiã exponẽs: talia sibi interpretari desiderãtibus, declarabo: ergo ueluti si ab initio sermonem audires, mihi mẽtẽ adhibe: Cur nõ ignobiles medici nonnunq̃ in curatione inter se discentiũt, quia quod in aliquibus experientia comprobarunt, in omnibus acommodare consueuerunt, ad eundem igitur modum in acutorum morborum uictu discordes fuerunt, nonnulli solo ptisanę cremore usq; ad iudicium egros seruando, quidam ptisanam ipsam exhibendo, aliqui neutrum ipsorum: uniuersi aliqua ex parte ueritatem dicentes, & ex parte decepti: acutorũ.n. morborũ nõnulli sola ptisana indigẽt, quidam cremore: aliqui neutro ipsorum usq; ad iudiciũ: Ceterum ut sermo dilucidior euadat in uno acutorum exemplo sermonem faciam, morbi itaq; lateralis curatio proponatur, si febris incipiat, nundumq; egri uenter subierit, paulo autem prius cibum ingesserit, sorbitionem illi haud quaq̃ exhibeas, donec cibus magnam intestinorum partẽ

transgressus, in postremis ipsorum esse uideatur: Quum quispiam hoc pacto sermoni initium dederit, si deinceps uniuersa proprio ordine dixerit, doctrinæ obscuritatem euadet.

43

Quod si dolorem habuerit, solo potu oxymellitis utendum: hyeme quidem calido, estate uero frigido, si autem sitis admodū infestauerit & mulsa & aqua.

Quum eger a siti molestatur, multum ualde oxymel prorsus prohibens, propterea deinceps tum mulsam tum aquā commemorauit: nam quantum ad affectū attinet, oxymellite potius utendum esset, uerum si quum ipsius effatu dignā quantitatem asumpserit eger a siti adhuc molestatur, mulsam exhibendum: ꝙ si sitis nundum remoueatur, aquā propinandum, aquam .n. quantum ad eius rationem attinet damnat Hippocrates, qua autem de causa potum hunc damnet, in sequentibus adisces, in ea uoluminis parte in qua de aquæ facultate sermonem habebit: sed nunc quæ hoc in sermone proposuit considerandum: nam oxymellite hyeme calido estate frigido utendum iubet: hoc .n. ad aquæ frigidę potionem nos manuducet quæ acuto morbo affectis opposite conuenit: quam prorsus prætermisisse uideatur, atq; in hoc ipsum quispiam acusaret sermo etenim doctrinæ dignus fuerat, nec extra propositum nararetur, quam igitur de frigidæ aquę potione mentem habuit ex præsenti sermone deprehendi potest, istæ nanq; si frigidum oxymel sitientibus interdum exhibet, ꝙ etiam aquam dabit manifestum est: quāq̄ .n. hoc de frigidę aquæ potione non prorsus protulit, eius tamen doctrinam sequebatur

batur, qui febrem fieri arbitratur quum naturalis calor, ignitur, necnon oppositorum opposita esse remedia, quũ uero ignis calidus, siccusq; sit atq; ob id febris aqua, febris naturæ maxime opposita erit, in frigidãs humectãsq; corpus, proinde si oportune detur, febres ab ea protinus extingui uidentur, uerum enimuero quãq̃ in his cõmẽtarijs quę de arte curatiua addidimus de hoc satis dictum est, nihilominus hoc quoq; in loco capita dicentur: quum eger febricitat uiresq; ualidæ sunt, si frigidam aquam exhibueris, non modo non ledes uerum etiam maximum efferes iuuamentum: huiusmodi autem frigidæ aquæ potionis tanta quãtitas sit, quantum frigidã aquã, respirationẽ atrahẽdo eger bibere põt, oxymel aũt exiguũ datur, in singula oblatione non plus dimidio, exhibitionis ergo intentio in hoc eadem non est: nam quum uniuersim donec eger repleatur frigidam aquam exhibemus, extinguendæ febris gratia eam damus, si.n. hoc pacto propinetur curationis causa fit oxymel autem estatis tempore frigidum exhibemus, ne sitis augeatur, At quicpiam etiam oppositionis ratione conferre poterit: propterea etiam anteq̃ morbus concoquatur oxymel frigidum exhibendum ait, ac si frigidã aquã ad sacietatem usq; in huiusmodi affectu estatis tempore exhibere non debeamus: nam phlegmonem densat, quum a phlegmone febrierint, frigiditate autem in cõcoctos reddit humores: si ex his laborauerint, sed oxymellite corrigetur, quum incidendi uim obtineat, quod.n. incidit ac penetrat, densanti unientiq; corpora opponitur,

44

Postea si dolor aderit, aut periculum quicpiã comparuerit, neq; multa neq; crassa sorbi-

tio offerenda est: Verum si uires ægri suffic
ant, postq̃ septimus uel nonus dies p̃terierit

Qui implere ęgros, Hippocratem dixerunt, nam etiam, ij hac dictione utebantur, hunc sermonem prætermisisse mihi uidentur quemadmodum qui fame eum interficere aiũt, hunc solũ nouisse uidentur: q̃ si ambo, utrisq; sentẽtijs mentem adhibuissent & quæ ab eo recte dicta sunt ad memoriam reuocassent, naturam a natura plurimum se iungi, fortasse ei opposita imponere erubuissent, longe magis si aliorum quæ edocuit meminissent: qui regionẽ a regione tempus anni ab anni tempore ætatem ab ætate mores a moribus uictum deniq; priusq̃ morbo corriperẽtur, ab uniuscuiusq; ęgrorum uictu admodum diferre demõstrauit, si igitur eos qui in his uniuersis opposito modo se habent, inuicem comparaueris maximas in uictu differentias inuenies, quas si eregione ordinaueris, sic iam multas admodum in medio consistere exquisite cõsiderabis: quanq̃ ergo de earum differentia in his comentarijs quę de arte curatiua eddidimus perfecte dictum est: eorum tamen capita hoc quoq; in loco dicentur, supponatur quispiam qui corporis habitu sicco, & densa superficie sit, uenas latas, uitalemq; facultatem ualidam habeat, haud multa comedere sit assuetus in hyeme non admodũ frigido, regione huiusmodi, morbo corripi, priusq̃ morbo afficeretur otio deditus ac insatiabiliter in uarijs admodum edulijs educatus sit, cum his autẽ os uentris quod ẽt stomacũ nõnulli appellant, robustum habeat, sit pręterea alius opposito modo dispositus, humidus, molis uitali facultate imbecillis plurima cibaria ingerere assuetus, in æstate uero calidissima & in regione simili ægrotet, supponatur autem cum his hominẽ

anteq̃ in aduersa esset ualetudine in cogitationibus & actionibus continuis, lassitudinem fuisse consequutum, exigua quoq; præter consuetum comedisse, olerosa & absq; nutrimẽto: Ventrisq; os ĩbecille natura habeat, his ad hũc modum se habentibus, ambo eodẽ morbo corripi supponatur, si uis morbo laterali in exẽplo ab Hippocrate proposito, nunquid unus idemq; uictus ambobus conuenire determinandum tibi uidetur, an illũ qui secundo loco dictus est in prima statim die enutriẽdũ: primum uero usq; ad septimam, si affectum non præterire sperabis, solis potibus regendum: enimuero quum ambo longa experientia comprobauerim hoc pacto optimum uictum fore aio, q̃ si opposito modo feceris, primum ab initio enutriendo, secundũ ad septimum usq; seruando, ante quartum, utrunq; interficies: hunc quidem cito suffocans, huius uero uirtutem concidens: si uero etatem quoq; ambobus oppositam addere uolueris primum quadraginta annorum esse supponẽdo: puerum autem, secundum uterq; longe sequurius mortem consequetur: Ceterum uniuersa hoc in loco dicta ad unam intentionem referuntur, quam unico uerbo Hippocrates declarauit, quum dixit, sorbitionem post septimam exhibendam esse, si uires ægri sufficiant, uerbũ.n. unum est: sed ex his uniuersis quæ nuper dixi inuenitur nam si cum oxymellite, & mulsa, & aqua, enutritus, usq; ad septimam sufficere poterit, cum his uniuersis quæ dixi liberabitur, nec non ad secundam ualetudinem perducetur, q̃ si aliqua aderunt quædam non aderunt, præsentium uim cum absentibus ui comparando, intelliges quot diebus æger cum tali uictu sufficere poterit, hæc in nostris cõmentarijs declarata sunt, quæ si nosti, hoc in loco ea ad memoriam reuo-

ea q; si non nosti, si Hippocratis sententiæ ueritatem intelligere desideras, ad ea prius accede, uniuersa.n.in nostris uoluminibus diximus, eius uerissimam doctrinam insequēdo, enimuero fieri non potest, ut homo unus una congruā methodum, eiusq; particularia uniuersa edoceat, quocirca neq; ab Hippocrate uniuersa particularia te auditurum existimabis, sed potius eos accusa qui quum ab ipso edocta, operare deberent, ob gloriæ cupiditatem, aliam sectā constituunt, nos uero qui ueritatem multifacimus tum in cæteris uniuersis Hippocratē laudamus; tum quia propriam uniuscuiusq; rei intentionem edocuit, ut qui prorsus ad ipsam respexerit determinatam inueniendi auxilia uiam cōsequetur, haud secus quam piam cibum exhibendi intentionem in uniuersis tum sanis tum ęgris docuimus, quæ uitalis facultatis custodia est, quam manifeste hoc in loco indicauit, quum dixit si uires ęgri sufficiant, ob hanc.n.facultatem ęgros esse, bibereq; permittimus, ac alia uniuersa agimus quę ad uitam conferre uidentur: hac eadem ad cibum potumq; ęgros reuertimur, morbus.n.quantum ad eius affectum attinet. istec auxilia indicat; Venæ sectionem clysterem emplastra purgationem oxymellitem mulsam & cæterorum unum quodq; at uirtutis custodia solum nutrimētum indicat, si igitur cibus egrorum affectum nunq̄ lesisset, ad solam uirtutem respiciendo, ægros haud aliter q̄ sanos enutriemus: quoniam autem sepenumero nocet, ueluti docuimus, ob hanc causam morbi affectum, consideramus: non quia interdum cibum indicet, sed quia prohibet: quū igitur non prohibet, uirtusq; iubet, tunc cibum offerimus, nam cibus quatenus cibus nunq̄ morbi affectui, utilitatem præstabit: hęc autem dixi quia sepe materia una tum cibi

tum pharmaci facultatem obtinet:perinde ac ptisana,quatenus.n.cibus:uirtutem roborat,quoniam autem incidendi, humectandiq; uim habet,ea quæ expui debent:huius causa pharmaci rationem consequitur,sed autem morbo laterali laboranti solus cibus est at oxymel pharmacum, uerũ ptisana amborum facultatem obtinet,& languentibus usũ præbet,sed ut cibus uirtutis custodiæ,ut pharmacum morbi solutionis gratia offertur:quum itaq; ptisanam non exsorbendo ad morbi iudicium usq; uirtus sufficere potest, oximel,mulsamq; satis sunt:oxymel quidem pharmaci tã tum facultatem obtinens,mulsam uero etiam cibi,pauci,atq; imbecillis:q si citius q̃ in septima futurum iudicium sperabis quemadmodum circa quartam aut quĩtam,plurimos ægros absq; ptisanę sorbitione sufficere posse inuenies, si uero ad septimam extendatur prorsus paucos,quicunq; ualidas uires,habitumq; corporis durum & cum difficultate euaporans,nec non humores crassos,aut uiscosos habuerint,atq; ad hęc ambiens nos aer haud quaq̃ calidus sit, nam si nihil a corpore nostro euaporaret, cibi necessitas non foret,sed quia aliquid euaporat,cibum huic exhalationi proportione respondentem exhibere necesse est:quibus ergo parua sit euaporatio summam inediam consulendum longeq; magis si ab initio ualide fuerint uires q si imbeciles forent quemad modum in senibus se habent, quamuis a corpore pauca fieret expiratio nihilominus uirtus cito extingueretur,atq; ob eam causam paulo prius eum qui quadraginta annorum non septuaginta fuerat cõmemoraui.

35

Quod si quum cibus nuper asumptus est, qui iam pridem ingestus fuerat,nundum descẽ-

dit, si uires ualẽt, etasq; uiget clystere imittẽdum, si uero uirtus imbecillis fuerit, Nisi spõte deiectio sequatur, suppositorio utendum.

rursus

Hoc in loco rursus auxilij indicatiõem a corporis affectu asumpsit unaq; uirtutem contemplatus est, non quia unq̃ auxilij usum indicet, sed quia opponitur: & nonnunq̃ etiam prohibet, nõ.n. propterea q uirtute ualeat eger, clystere indiget, sed eius inditium a uentris affectu asummitur, uirtus autem quum ualida est, euacuationem permittit, q si imbecillis fuerit, prohibet, eius rursus consuetudini mentem adhibe, nam interdum solam uirtutem in huiusmodi cõmemorat, quemadmodum in præscripto sermone, quãdoq; ętatem addidit: Virtutis.n. intentio maxime propria est: ad eius uero dignotionem ętatis cognitio confert, in pueris quidem uirtus cito laborat, ob eorum corporum facilimam euaporationem, in uigentibus autem magna ex parte extat, uerum perinde ac in pueris corporis substantia mollis humidaq; consistens, dissoluendę uirtutis causa fit, haud secus quoq; in regionibus, animiq; temporibus se habet: nam eorum quæ calida sunt, euacuationis copia uirtutem dissoluunt, merito itaq; Hippocrates huiusmodi determinationum doctrinam interdum in sola uirtute facit, interdum etiam quicpiam aliorum addit, cum his cetera commemorans.

46

Ceterum exhibendæ sorbitionis tempus in initio maxime, ac per totum morbi decursum hoc obseruandum, quum pedes frigidi fuerint sorbitionis exhibitionẽ cõpescere oportet, sed a potu maxime abstinendum, quũ ue

ro caliditas ad pedes descenderit, tunc offerẽdum, tempusq; uniuersis in morbis maxime posse existimandum, haud minus in acutis in his presertim qui cum febre sunt, & ex his periculum imminet.

Quemadmodum dicebam unam nutrimenti intentionem esse, uirtutis custodiam, at una morbi affectum perpendere necesse esse, haud secus ipsius temporis oblationis inuẽtio fit, quum morbus non prohibet: nam quantum ad primam uirtutis intentionem attinet, interdum in initio etiam accessionum, cibi necessitas est, ut in bene ualentibus, quam primum in naturalibus euacuationibus, prope quispiam laborat, restauratione indiget: Quoniam autem in accessionum initijs augumentisq; oblatus cibus maxime ledere potest: ob id eius exhibitionem differimus, quãq̃ iam corpus indiget, quod nam igitur maxime oportunum cibi tempus in his qui in aduersa ualetudine sunt, sane in quo pectoris uintriculiq; partes aperte moderate disposite sunt, qđ autem pessimum in quo istæc pessime disposite sunt, quando ergo pessime se habent, in accessionum initijs, quãdo uero maxime moderate, in decrementis, maxime itaq; oportunum cibi tempus in morborum decrementis existit, nam morborum initium fit quum uniuersus calor ex toto corpore ad cor pectusq; progreditur: augumentum autem quũ paulatim ad corporis extrema extensus est: At uigor quũ equaliter per uniuersum corpus expansum est: sed decrementum opposito modo, quam principium fit, quum caliditas expirat, mediasq; corporis partes reliquit, quod unico uerbo declarauit, ad hunc modum dicens: quum caliditas ad pedes descenderit, pedes, .n. ex calidis frigidos fie-

ri, caliditatemq; ad eos transire idem non est, descẽderre namq;, ex altera parte ad alteram transmutationem declarat: fieri autem contingit, ut pedes calefiant, manente etiam in medijs caliditate, quod in uigore euenit.

47

Verum quum certis inditiis quos in superioribus scripsimus exquisite speculaueris in primis succo maxime utendum deinceps uero ptisana.

Quum interdum solo hoc, interdum ptisana egros in uictu regendos esse, dixerit: hoc in loco, quando solo cremore & quando ptisana utẽdum determinat: sane breuis manifestaq; determinatio est, quum .n. certis inditijs quos dixi mentem adhibendo quẽdam ęgrum ptisana uti posse inueneris, a cremore initium constituens paulatim ad ipsam ad hunc modum pertransibis: dico autem paulatim, primo quidem solo ipso cremore utendo, deinceps huius amplius exhibens ptisanę uero exiguum, postea utriusq; equam portionem, deinceps ptisanę amplius, deniq; solam ipsam, sciens ad corporis enutritionem, facultatisq; robur ptisanam exuberare, ad facilem uero concoctionem præparationemq; cremorem: quando igitur corporis affectũ uirtutisq; robur in melius procedere aspicis, tu quoq; ptisanę oblationem auge.

CLAVDII GALENI PERGAMENI in librum Hippocratis de uictu ĩ morbis acutis Comentarius secundus Paulo Iuliario medico Veronensi interpræte.

Lateris dolorē siue ab initio siue posterius obortus fuerit, haud ab re est fomentis primo utendo disoluere tentare.

Quod sepenumero dixi, etiam hoc in loco ad memoriam reuocare melius est: expositionem in obscuris dictionibus fieri, expositores tamen in comentarijs tantum hoc, minime agunt, uerum in uoluminibus quorum expositiones faciunt dicenda quoq; astruunt: ob hanc itaq; consuetudinem etiã ego quibus non concilior, dicere cogor: magnaq; ex parte sententiam meam deffinire, in his quæ expositione indigent: in huiusmodi tamen comentarijs, eorum quę ueritatem obtinere mihi uidentur, demonstrationes non scribo: de his.n. unicuiq; propria, scripsimus, sed eorum quæ alteris in libris demonstrauimus, sola capita commemoro: ueluti nunc in dolore faciam de doloris itaq; generatione, dictum a me est tum in eo uolumine quod de elementis secundum Hippocratem *eddidi, tum in symptomatum causis: in sensu prędītis corporibus dolorem euenire, quum ad id quod præter naturam existit, subitam mutationem, asumunt duplicem præterea mutationem esse, interdum quando subito uiolenteq; in qualitate alterantur, nõnunq̃ soluto continuo, in actiuis quidem qualitatibus alterantur, calefacta, exsiccata humectata, soluitur autem continuum quum uehementer inciduntur, uel comprimuntur:* Ha*ud secus ergo lateris dolor, ĩ lateralibus affectibus, de qui-*

bus sermonem habuit, gignitur, quum phlegmon his in locis, & caliditatis præter naturam copia, partes intemperie infestat, & repletione inflamata corpora tendit: ad doloris itaq; curationem, uel mitigationē, primum remediū consulit, fomenta experiri, hęc.n.ad difflationem raram cutim facere consueuerunt, phlegmonisq; sanguinem attenuare, necnon per halitū digerere, si ergo hæc egeris, quicpiam sanguinis euacuabitur, affectaq; loca minus tensa, a reliquo mitius molestabnntur: Cæterum si phlegmonis sanguis non minuetur, uel a caliditate flatus quoq. generabitur, dolor augebitur. Verum ob humorū in uniuerso corpore abundantiam sanguis non minuitur, nam ad affectam partem plus trahitur, quam per halitum digeratur, si quidem calefacientia, naturam habent. Veluti per halitum digerendi id quod continetur, quibuscunq; in partibus abundet, haud aliter ex uicinis attrahendi, quod superfluum est, quum igitur fomenta dolorem non soluunt, uniuersum corpus prius euacuandum: In acute autem, laborantibus, uel per uentrem, uel uenam seccando, effatu digna euacuatio fit, quorum alterum Hippocratis assumendum consulit, si quidem eius quod magis iuuat, intentiones edocet, hoc est propositi sermonis caput: Eorum uero quæ singilatim ab eo dicta sunt, quęcunq; plerisq; manifesta non sunt, his quæ in sequentibus dicam, exponam plerisq; autem dixi: quia in audiendis antiquis dictionibus exercitatis, pauca prorsus obscura fiunt sed in comentarijs ad hos tantum intentionem haud quaq̄ dirigimus.

2

Inter fomenta uero id optimum est, quū aquā calidam in utre, uel uescica, uel eneo uase, ue

thestaceo, ponimus.

Quæ quomodocunq; corpus nostrum calefaciunt fomenta apellat, quorum nonnulla prorsus humida sunt, quædam sicca, aliqua ex ambobus commista, alia mordicantia alia a mordicatione aliena, & tertia ex ambobus cõmista, prima ipsorum speties, quam in textu conscripsit, a mordicatione aliena, humidaq; est, secunda ex ambobus tum sicco tum humido mordaci ac immordaci, miscetur: tertia uero sicca est, sed uel mordicans, uel mordicatione carens: quod si etiam affectus dixisset qui unoquoque, dicto indigent, tantum melior sermo foret, quantum quoque dignoscentibus utilior est quoniam autem non dixit, neq; nobis opus fuerat, qui aliorum doctrinam manifestam reddimus, nõ propriam percurrimus: Cęterum quia oppositum, atq; alij expositores facimus: ij.n. in expositionibus sophistica quæsita seminant, quę adiscentibus ad artis finem nullam utilitatem perhibent, ego uero maxime utilia semper percurere tento, proīde hoc quoq; in loco, Hippocratis doctrinę ea quę ab eo prætermissa sunt, uniuersam autem sententiam, præcepta, atque comunia admonita, in sequuntur, addere, nõ cũ [illegible]: omnia ergo fomenta qua ratione doloribus sepenumero prosunt, & præterea de doloribus, qui, nisi prius uniuersum corpus euacuetur, a fomentis nullam utilitatem consequuntur superius dictum est uerum quum hæc uniuersis fomentis comunia sint, humida phlegmonibus, a biliosioribus humiditatibus factis conueniunt, sicca his quę a tenui aquosoq; sanguine: semper enim commemorandum, oppositorum opposita esse remedia: hac itaq; intentione imordatia fomenta, mordatibus humoribus acomodantur, mordatia uero, quia attenuãdi uim habẽt, crassis uiscosisq;

quocirca tu quoque coniectari tenta, ex quibus dixi directus, quis humor in inflamata parte dominetur: ęgri uidelicet ętate, naturali temperamento, anni tempore, regione, atque præcedente uita, quum uero phlegmon tibi aparuerit, ex his etiam quæ ipsi accidunt in colore, in magnitudine, resistentia, atq; mollitie: At si morbum lateralem, abscessumq; in pulmone mederis, ex his quæ expuuntur: Cęterũ quum uniuersa huiusmodi cognitio, coniecturalis, non scientifica neque firma sit ac præsertim quando pars dolore affecta, in profundo corporis fuerit, ab his initium constitue, a quibus magis q̃ a ceteris iuuamẽtum sequuturum uidetur, quod si nihil expediet, ad cætera quoq; accede, non desinente uero dolore, ad totius corporis euacuationem proficiscere Hippocrates si quidem a fomento initium constituere uidetur, quod prorsus discrimine caret, & a mordicatione alienũ, humidumq; est, quamuis.n.nulla sequeretur utilitas, nihil ominus ualde, non læderet: Verum quæ ex aceto, uel orobis, uel sale, fiunt, nisi acomodatũ affectum consequantur, non modo nihil iuuabunt uerumetiam ipsum exacerbabũt quum ualidam facultatem obtineant.

3

Sed quicpiam molle, lenitionis gratia, prius lateri apponendum.

Quia aquam in utre, aut uescica, aut æneo uase, aut thestaceo lateri apponendum consuluit, ut aplicatorum, conuersatio iucunda, & prorsus absq; tristitia sit, molle quicpiam lateri adiacẽs apponendum consulit hoc autem molle, lana erit, uel uestis duplicata, aut quicpiam ex teneris, quocirca parum inferius fomentum expongia cõmemorans nihil supponi consulit.

4

Quin etiam mollem spōgiā & magnā, ex aqua calida expressam, apponere bonum est: fomentum uero ueste inuoluendum, longiori enim tempore sufficiet, permanebitq́, & una ne uapor ad ægri spiritū defferatur, nisi etiā hoc, ad quicpiam utile esse uideatur, nam interdum ad aliquid, hoc opus est.

Cætera sermonis manifesta sunt, de uapore autem dicendū quum multum fastidiū tristitiamq́; pariendi, necnon anhelitus difficultatem exacerbandi, uim obtineat, tum caliditatē tum pulmonis angustiam, quam ex humido uapore replente habet, augebit: solis igitur siccis sputuq́ carentibus lateris doloribus acomodata est uaporis inspiratio, si quidem amplius utilitatis quam nocumenti obtinet, hoc in loco prima fomenti species literis prodita est deinceps de secūda sermonem habebit.

5

Ordea præterea uel orobi in aceto temperato, parum accidius, q̄ quis biberet, macerata, feruefactaq́, marsupio iniecta adhibēdum, ad eundem quoq́ modum furfures.

Ordei eruiq́; semina integra in aceto & aqua, cunco qui non iubet, sed prius trita, hoc autem, quia macerata ait, manifestū est: sed alio quoq́; pacto re ipsa uoluisse hoc Hippocratem quispiam edocere posset, ad hunc etenim modū magis acomodatum, efficatiusq́ fomentum erit, præterea furfures eodem pacto preparandum iubet, ceterum huiusmodi fomēta ob acetifaculltatem, prioribus efficatiora redduntur, ꝙ si ex eruis præparentur, haud exiguum confe-

rent, nam adhumorum crassitiem incidendam, præparandam, necnon per halitum digerendam, eorum facultas sufficit, proĩde in qbus crassos aut uiscosos humores in phlegminante parte coaceruatos esse suspicamur, huiusmodi fomenta suscipiẽdum, hoc autem tibi manifestum erit, ex præcedenti uictu, si talium humorum generandi uim obtinuerit, ægri temperamento, anni tempore, regione, atq; etate: ad hæc si ex mitti fomento quod primo cõmemorauit, nulla utilitas sequętur, quum, n. de totius corporis repletione determinaueris, quando huius inditia non apparent, mitiaq; fomenta nihil iuuant, humorum crassities est quæ in uapores flatuosumq; spiritũ dissoluta, transitũ non habẽs, infestat, fomenta igitur dicta, et hunc & generantes ipsum humores dissoluunt, ac præsertim quod ex eruis conficitur, uerum insermone procedendo moderatũ aceti ad aquã temperamentum, manifeste una & perpulchre meminit, ad hunc. n. modum temperandum dixit, ut paulo accidius sit, q̃ quispiam propinetur, ut ab acriori ob mordacitatẽ se iungeret. & amagis aquoso, quia ab eo nulla actio sequitur, quantum igitur ad crassiores ac uiscosiores humores tum incidendos tum per halitum digerendos, spectat, aquo siori oxycrato accidius magis acomodatum erit, quoniam autem inflamatę partes hõmi pharmaca nõ tolerant, ob id eius temperamentum, inter ambo excessus fecit, hec est secũda fomentorũ species quas ĩtres ab initio secuimus.

6

Ex siccis uero fomentis, sal, milia, fricta. in laneis saculis acomodata sunt, etenim tum leue tum iucundum milium est.

Ad tertiã fomentorum speciẽ, quę ab initio diuisimus acce

dit, sal miliumq; commemorando, uerum siccitas ambobus comunis est, mordacitas autem sali, immordacitas milio propria est.

7

Cæterum huiusmodi fomenta dolorē soluūt, etiamsi ad iugulum extendatur.

Quia coniunctionem, etiam addidit, cęteros quoq; dolores soluere demonstrauit, hoc est, qui ad præcordia usq; extenduntur.

8

Sectio tamen ad eundem modum dolorem nō soluit, nisi ad iugulum terminetur.

Sectio inquit, uidelicet uenę, quam quum non eodem pacto soluere dixerit, iuuare quoq; concessit, sed de hoc remedio in sequentibus copiosius dicemus.

9

Quod si fomenta dolorem non soluunt, multo tempore calefaciēdum non est: hoc enim pulmonē exsiccat, & suppurationē excitat.

Quum uaria fomenta percurerit, humida, sicca mordicantia, atq; a mordicatione aliena, post eorum experientiā, si dolor nullam utilitatem consequitur, totius corporis euacuatione utitur, fomenta dimittendo, quum pulmonem exsiccent, necnon suppurationem apellatam faciant: hęc n. gignitur quādo phlegmon, qui in latere est, per halitum nō digeritur: sed ad pus commutatur, deinceps ad mediam pectoris, pulmonisq; regionem hoc confluente.

10

At si ad iugulum extēditur, aut in brachio, aut circa mamillam, aut in partibus quæ supra

ſeptum tranſuerſum ſunt, grauitas fuerit: in terna cubiti uena ſecãda eſt, neq; copioſum, auferre cunctandum, donec multo rubicũdior, uel pro puro rubeoq; liuidus effluxerit, utrunq; enim fit.

Ad humorum inclinationem a quibus phlegmon gignitur euacuationem facit: nam ducendum quo repeit, per cõuenientes regiones, ueriſſimum eſt, hoc autem euenit, interdum ſecundũ differentiam partium, mẽbranæ coſtas ſubcingẽtis: quũ.n. ſuperiores huius partes phlegmone moleſtãtur, ad iugulum brachium, atq; mamillam conſenſum extẽdunt, inferiores uero ad ſeptũ trãsuerſum yppochõdrioq; quando igitur in partibus ſuperioribus conſenſum eſſe iudicium fuerit, in cubito uena incidenda eſt: quę magis, citiuſq; ab affecta parte ſanguinem & retrahere, & euacuare poteſt, at in partibus infernis purgatione euacuationẽ facere conuenit: grauitatem autem circa brachium non dolorem fieri recte dixit, nam grauitas ſanguinem hoc in loco potius tum coaceruari tum repere iudicium eſt, quum a multitudine generetur, ſed tenſiones ſolo conſenſu fieri cõſueuerunt, quando quidem partes continuæ, his quę phlegmone laborant, tendantur abſq; ꝙ ſanguis in ipſis abundet, ob hanc itaq; cauſam uenam interiorem incidendo ſanguinem abundantem euacuari iubet: intus.n. in cubiti dearticulatione, plures ſunt uenæ quas ſecare cõſueuimus: Cæterum in tertio anothomicorum agreſſuum uolumine de his ſatis dictum eſt, necnon in altero libro ſeorſum ſcripto, quẽ de uenarũ artheriarũq; diſſectione poſteritati dereliquimus, ſed hoc in loco etiam capita commemorare neceſſe eſt, ab initio ſermonẽ repetendo: Cõcaua uena dum ex ioci noris

tinoris gibositate ad dextrum cordis aurem sanguinem, differt: partibus inter medijs parum quicpiam distribuit ipsi autem cordi plurimum exhibet, deinceps ueluti a principio hinc oriretur recto tramite ad iugulum lata ĩ duas magnas uenas rectas secundum pectoris partem, secatur: quas iugulares appellant: Verum anteq̃ ad cor perueniat, uenæ magnę ad diaphragma ab ipsa propagantur, parue uero ad inferiorem ipsius pectoris partem quę ex octo costis constat, & ex una non coniuga uena enutritur, in nõ nullis animalibus superius corde in aliquibus non secus atq; in homine orta, ea parte qua caua uena cordis aurem tangit: hinc. n. orta, per inferius fertur ad dorsi spinam deflexa, hæc quidem uena in inferioribus pectoris partibus, utrinq; usq; ad diaphragma, octo costis secatur: reliquæ autem quatuor supernæ pectoris costæ, ab altera uenarũ coniugatione nutriuntur, quæ a caua oritur, anteq̃ in iugulares diuidatur, has ergo duas uenas, quæ per axillas ad manus perueniunt deinceps sequuntur: At quæ humerales appellantur postq̃ caua in iugulares scissa est: ab utraq; una, extra pectus nascuntur, cum iugularibus aũt quæ sunt in superfitie, communes radices obtinent: A iugularibus quidem quæ in superfitie sunt, superfitiales fere uniuersæ, ceruicis, capitisq; partes nutriuntur, perinde ac quæ in profundo existunt, ab his quæ in profundo sedem habẽt, quæ uero in scapulis, & dorso ipsius ceruicis ex inferioribus partibus dictę communis radicis habent, uenas quę ad ipsas perueniunt, dico autem communem radicem, quã nuper superfitialibus tum iugularibus tum humeralibus esse dixi, merito igitur humeralis superiores iuguli partes quęcunq; in ceruice, capiteq; sunt, magis ac citius euacuat: quę

uero per axillam, pectoris partes, omniumq; ipsarum superiores potius, atq; præsertim in hominibus, quia inferiores uniuersas una altera uena enutrit, inferius corde a concaua uena exorta ab hac autem inferiores pectoris partes enutriēte iusta accliues costarū radices, ex sinistris partibus usq; ad diaphragma delata illæ fiunt, quæ in singulo inter costali, dextro, & sinistro distribuuntur: eius tamē reliquum iusta diaphragma excidit, primis post ipsum corporibus distributum: Cæterum quæ per axillas ad manus deferuntur, radices ualde propinquas habent, uenis superiores quatuor pectoris costas enutrientibus, quę haud parum maiores sunt, his quæ per humerum ad manus perueniunt, per internum autem utriusq; brachij locum transeunt, feruntur uero per ipsa, accliues magnas uenas musculis exhibendo qui ibi distributi sunt, uerum postea q̃ utraq; prope cubiti dearticulationē effecta est, interiores brachij uenas producit, iusta ipsius cubiti ossis nodum qui hoc in loco est, At reliquo uniuerso in duas partes secto, per cubiti flexionem fertur, in superfitie quidem uenam quæ ibi inciditur efficiens, in profundo autem ualde, eam quæ cum artheria descisa est, sed alia quoq; uena in cubito secatur, perinde ac in utraq; manu una non parua humeralis pars: ipsa.n. sub cute per brachium perspicua progrediēs etiam ipsa in cubiti flexione secatur, in eius partibus maxime supernis figurata uidelicet manu ueluti Hippocrates inde fracturis uolumine edocuit, quantum autem superna eius pars post scisionem ad exteriores cubiti partes fertur, hæc eius superna pars iusta sectionem ad exteriora cubiti fertur, hæc iusta sectionem eandem secatur edirecto præsertim primæ radici, uenæ posita, quo fit ut celerime

ſuperiora iuguli loca euacuet, at quæ obliqua ad flexionē fertur minus quidem hac, potius autem cęteris ea euacuat: quæ uero ab interna magna, ipſa quoq; oblique lata, prę- dicta quidem loca pauciſſime euacuat, maxime autem ſupe riora pectoris, hanc igitur incidendam conſulit, priusq̄ cum ea quæ ab humerali deciſa eſt in idem perueniat, at- q; uniatur: Cæterum interdum quando hæc manifeſta nō eſt, eius loco, quampiam interiorem incidimus, quas ad cu biti os deferri didicimus, q̄ ſi neq; hęc aparuerint ad eā quæ ex dictarum duarum uenarum obliquarū unione cō ficitur accedimus, quum uero interdum neq; hęc uideri poſ ſit, humeralis autem manifeſta ſit, eā quoq; incide: digno- ſcens euacuationes undecunq; fiant ad uniuerſum animali- um corpus diſtribui non tamen celeriter, neq; ad eundem modum ex omni uena: Nos autem & citius & magis cæte ris partibus inflamatam euacuare intendimus, & pręſer- tim in acutis morbis, quod interna cubiti uena facit, longe- q; magis, quando ſanguis abūdans ad ſupernas partes im petum facere uidetur, uel quum ſuperiores pectoris partes affectę fuerint, tunc.n. grauitas in brachio & mamilla po- tius fit: At phlegmones qui in inferioribus pectoris parti- bus colocantur, quum prope diaphragma ſint, merito ad pręcordium dolores mittunt: his ergo non admodum exhi bet utilitatem a cubito euacuatio, quum cor in medio co- locatum ſit, nuper.n. audiuiſti, Venam inferiores pectoris partes enutrientem, inferius corde oriri, hęc quidem a me dicta ſunt, de eo quod ab Hippocrate recte literis prodi tum eſt, interiorem cubiti uenam eſſe incidendam: uerum quum coloris mutatio ſanguinis euacuationis terminus, po ſita ſit, proximum erit, etiam de hoc ſermonem habere,

quantus sanguis in phlegmone existit, ob caliditatis copiam proprium colorem amittit, reliquus autem, uniuersis in partibus similis permanet, quare quum toto in corpore pituitosior *~~biliosior~~ est, in phlegminante parte rubicundior erit, quãdo uero rubeus ille fuerit, assatus hic ad nigredinem conuertetur, ex rubedine autem ad nigredinem mutatione, in medio liuidus est, coloris ergo mutatio sanguinis transumptionis ex inflamata parte, sufficiẽs inditium est, propria itaq; affectui euacuationis mensura diximus, Cęterũ quũ uirtus tantam euacuationem interdum prohibeat: inflamatę parti minorem utilitatem futuram haud ignorandum, sed uirtutis solutionem potius cauere conuenit, q̃ superfluum sanguinem euacuare.*

II

Quod si dolor sub septo tranuerso fuerit, & ad iugulum non ascendit nigro ueretro, uel peplio, uenter mordiendus est, nigro quidem ueratro daucum, aut sesili, aut cyminum aut anysum aut quicpiam aliud iucundi odoris miscẽdo, peplio uero lassaris succum, sed mixta quoq; inuicem similes uires obtinẽt, cæterum ueratrum nigrum melius, magisq; ad iudiciũ acomodate peplio, aluum subducit, peplium autem nigro ueratro, flatũ melius excutit, at ambo hæc dolorem sedant, uerum alia quoq; non pauca, aluum ducentium, eum sedant: sed eorum quæ noui hæc optima sunt, enimuero ea etiam quæ quum uentrem moueant sorbitionibus miscentur, utilia ad soluendum sunt, quæcunq; uel ob

amaritudinem uel aliam quampiam in iucũditatem, uel multitudinem, uel colorem, uel suspitionẽ aliquã, nõ ualde fuerint ingrata.

Purgantia pharmaca, & quem humorem educant, & si prorsus euocant, experiẽtia inueniri, inde simpliciũ pharmacorum facultate uoluminibus didicisti, purgatione tamen opus esse, si superflui humores deorsum repũt, ratione quoq; excogitatum est, testimonium autem, confirmationẽq; ob experientia obtinuit: Hippocrates ergo pharmacorum facultates, quæ in huiusmodi affectibus exhibentur te edocuit, nigrum ueratrum, magis ad iudicium acomodate euacuare, dicens, peplium uero melius flatum discutere, magis autem ad iudicium acomodata ea erunt, quę magis morbi iudicium faciunt, quod idem atq; utiliora facultate est: Cæterum quum uniuersa pharmaca purgandi uim obtinentia, uentriculum male afficiant, & pręsertim eius os, qui a maxime neruosum, sensuq; præditum est, eorum quę bonum odorem habent, mixtio excogitata est, ne purgantium pharmacorum facultas sola sinceraq; uentriculi os pertingat, q si inuicem permisceantur, tum ueratrum tum peplium similes uires obtinere ait, hoc est facultatibus conuenire, ac nulla in parte pugnare, pugna nanq; in purgantiũ pharmacorum mixtione fit, non quum ipsorum, hoc bilem si contingerit, illud pituitam euocat, ambo. n. eodem tempore, euacuari possunt, sed quando hoc confestim, illud multum post tempus euacuationẽ mouere potest, nam ad hunc modum inequalis euacuatio redditur, si una permisceãtur, inequalem autem dico quum iam quieuisse uidetur, rursus alterius purgationis initium fit, pharmacum. n. quod citius euacuare cõsueuit, quicpiam quoq; alterius una eua-

tuat, quocirca eius parum derelictum imbecillius reddactum, adhuc longe magis tardius propriam euacuationẽ incipit: euacuandi ergo tempore pepliũ, & ueratrum haud absimiles uires obtinent, non secus quoq; euocandi nigrum humorem cætera tum huius dictionis tum sequentium manifesta sunt: hæc quidem dignoscere memorareq; oportet, in his autem, qui morbo laterali corepti sunt, haud semper utendũ, ab his qui in memoria seruarunt aphorismũ illũ, in quo ait, in acutis affectibus raro & in principijs pharmatijs utendum, quum itaq; inquit, non modo acutus fuerit affectus, perinde ac morbus lateralis est, uerumetiam cum uehementissima febre, longe magis purgantis pharmaci exhibitio euitanda, sed potius uenæ sectione euacuãdum, q̃q̃ ad præcordium dolor terminatur, minor sane utilitas q̃ a purgatione sequætur, at longe magis tutior est: quum uenæ sectio nullum prorsus discrimen obtineat, ob purgationẽ autẽ maxima infortunia immineãt, et præsertim quum ægri naturam quispiam haud expertus fuerit, nonnulli.n. a natura cum difficultate purgãtur quidam exhigua pharmaci potione copiose purgantur: Cæterum quibus ratio exhibendi conuincit, pharmaci quantitas tanta sit, quantum in pluribus nosti, & experientia cõprobasti, moderate euacuare: q̃ si quo pacto hominis natura se habeat ignoraueris, uel magis q̃ conueniat, euacuãdi periculum imminet, uel purgationem prorsus non mouere, uel mouere quidem, non tamen quod satis est, euacuare: at hæc uniuersa acuto morbo correptis, maxima nocumẽta inferunt, quę ueluti in his qui febre carent haud facile corriguntur, quum ergo febris uehemẽs non fuerit, ægriq; naturam experiẽtia cognoueris, ad purgantis pharmaci obla

tionem accede, aut dictis ab Hippocrate, utendo, uel cęteris quoq; non dissimilibus, quorum etiam est id quod ex colocyntide ieram appellare consueuerũt, quum autem uarie præparetur, quę ueratrum assummit, & scamoneam non habet, his qui pharmacum quod subducendi uim habeat, assummere prorsus possũt, optimũ est medicamẽtũ.

I 2

Sed postea q̃ pharmacum asumpserit ptisanæ sorbitio cõfestim exhibenda est nihil effatu dignum minus q̃ eius consuetudo fuerat.

Vt purgantium pharmacorum potionibus, uentriculi os, quod etiam stomacum uocãt, illesum permaneat, alio quoq; pacto prouidendum: pręsertim quum febrientibus tale quicpiam exhibetur: cęterum ne nocumẽtum sequatur, una custodia est, pharmacum purgandi uim habens, solum intẽperatum, & ex cæteris quę eius malitiam obtundunt, impermixtum, non esse, purgantium nanq; omnium pharmacorum natura, eorum quę purgantur corporum naturis opposita est, atq; ut quispiam diceret pernities, ac ipsorum, uenenum: quemadmodum autem, exiguam quampiam partem succi papaueris mandragore hyoscyami, cęterorumq; huiusmodi pharmacorum quæ tum substantis, tum facultatibus nostris opponuntur, nec nõ corpora corrumpere possunt, assummentes: ex ipsis maximas utilitates consequimur haud secus quoq; paruam quampiam substantię partẽ purgantium pharmacorum abscindentes, ea ad utilitatem utimur, & si nostrorum corporum naturæ opposita sit, cęterũ ueluti dum ea propinantur nonnulla boni odoris semina commiscentur, quę & malitiam obtundere possunt, & ipsorum actionum non prohibere, quum attenuandi, inciden-

diq; facultatem obtineant, ut crassos quoq; humores inci-dant, ac ipsorum uias per quas euacuantur, tum præparēt, tum aperiant, ad eundem modum ptisanæ sorbitio confert postq̄ pharmacum assumtum est, nam pharmacum purgā di uim obtinēs, quantumcunq; fuerit exiguum, ad uentricu li imum, peruenit, stomacus autem, & omne quod uentre superius est, dum transit, quum non modo purgantis phar maci qualitatem, uerumetiam substantiam, in transitu reli-ctam, assummat, ualde læditur: ptisanę itaq; cremor propi natus utilis est, si quidem quod in descensu aplicitum est, detergendi, ac deorsum trahēdi facultatem habet, pharma ci uero qualitatem partibus in bibitam cōtemperandi, nec non commutandi: propterea igitur, a purgantis pharma-ci potione ptisanam exorbendum iubet, at quum purgatio fieri incipit, ptisanam exhiberi amplius non uult, purgan-tium nanq; pharmacorum actionem soluere ueretur, atq; ob id ad hunc modum scribit.

13

Etenim in medio purgationis sorbitionem nō exhibere, rationi consentaneum est: At quū purgatio desinit, minus propinetur q̄ cōsue-tudo fuerat, postea uero semper augendum si uel dolor quieuerit: & nihil aliud obstiterit.

Hac in re Hippocrates apposito modo atq; non pauci no-stri temporis medici, opinatus est: illi. n. quum euacuarūt, copiose allunt, at Hippocrates post purgationē minorem ptisanam exhibendum consulit: nam purgatorum corporū facultas in purgatione imbecillis reddacta, alimentum fer-re nequit, neq; recte conficere, nisi prorsus exiguum fuerit purgatis igitur tantum cremorem primo offerre opor-

ret:quantum euincere possunt, deinceps confestim augere, si uel dolor inquit, quieuerit, & nihil aliud prohibuerit: sane quod ad dolorem attinet manifestum est, at nihil aliud prohibere, exponere oportet, ad dictas determinationes refferendo: in quibus edocuit quando acuto morbo affectos, absq; sorbitione in uictu regendum, quorum caput est: quum uel absq; sorbitione morbum iudicatum sperabimus, uel in quibus humoris in phlegmone contenti omnifaria eruditas adest.

14

Eadem ratio est, ut mea fert opinio etiam si ptisanæ cremore uti opus fuerit.

Exhibitionis tempus tum ptisanę tum cremori idem esse dixit, etiam ex his quę in superioribus literis prodidit, quum in uno tantum ipsorum differētiam posuerit, exhibitionis initium a cremore faciendum.

15

Prorsus nanq; confestim exhibere incipere longe melius esse aio, q̃ aut tertio, aut quarto, aut quinto, aut septimo, quum prius uasa inania reddieris, sorbitioni initium imponere nisi hoc tempore morbus fuerit iudicatus.

Quod in Aphorismis scriptum reliquit, hoc etiam in loco insequitur uolēs in uniuerso morbo, in morbi uigore tenissimum uictum assummi, si itaq; in ipso quinto die fieri debet, solisq; potionibus utendo, ęger sufficere nequit, melius esse ait, confestim ab initio ei ptisanam exhibere: non in tertio aut quarto die oblationem incipere, haud secus etiam eos qui in quinta die uel sexta uel septima sorbitioni initia imponunt, errare inquit, ni si morbus, hoc in tempore pr

iudicatus fuerit: Iudicio perinde ac dixi, significante non modo perfectam liberationem uerum etiam effatu dignā mutationem.

16

Præparationes autem etiam in his haud ab similes, faciendum, quæcunq; dictæ sunt, de sorbitionis ergo oblatione ad hunc modū mea fert sententia.

Quibus quoq; ab initio sorbitionem daturus es, præparationem aut secus faciendum consulit, hoc est siue uenæ sectione siue clystere siue suppositorio opus est, illud in primis agendum iubet.

17

De potione etiam quodcunq; quispiam ex dicendis propinari debet, mihi eadē ratio est.

Si absq; ptisana quoq; solis potibus ægrum in uictu rexeris, dictas præparationes faciendas consulit: hoc est, uel uenam secare, uel clystere immittere, uel suppositorio uti.

18

Medicos autē maxime opposita his quæ fieri debent agere noui, uniuersi nanq; in morborū initio, aut duobus, aut tribus diebus, aut etiam pluribus, hominem fame cruciantes hoc pacto tum sorbitionem, tum potum offerre uolunt, & fortasse quicpiam ratione dignum esse ipsis uidetur: nam quū magna in corpore mutatio facta est, magnam etiā ualde quicpiam obiitiendum, Cæterum mutare quidem haud parum bene se habet, recte tamen transferenda mutatio est, atq; ex

mutatione longe magis ciborum exhibitio.

Medicos hoc in loco accusat, qui quum in primis diebus ægros absq; cibo prorsus seruassent, uniuersim mutationẽ faciunt, nonnulli in sorbitionum, aliqui in potuum oblatione, non tamen ex his eos commemorauit qui anteq̃ morbus concoquatur, ualidiora alimẽta exhibent, consueuit.n. perinde ac ab initio dixi interdum maximos errores non redargutos relinquere, ex quibus leuiores criminatus est, nec nõ demõstrato nocumẽto ex ipsis proueniẽte qui uero ad hunc modum mutationem faciunt, fortasse ait, ratione aliqua mutare arbitrantur: si quidem in magna corporis mutatione in uictu quoq; effatu dignam mutationem faciunt: hoc ergo eos recte suspicatos esse ait, non tamẽ uniuersam mutationem, sed quandam esse existimandum: de qua q̃q̃ in superioribus uerba fecit, nihilominus etiã aliqua in medium afferet, quum subitas mutationes cauendas esse, ratione comprobet.

19

Porro tota ptisana utentes, nisi rectam fecerint mutationem maximo afficientur nocumẽto, lædentur quoq; ii qui cremorem tantum assumunt, at reliqui minime læsionem consequentur.

Subitam uictus mutationem prius dictam, in qua primis diebus ægros prorsus absq; cibo seruantes, circa quartam diem alere incipiunt, maxime lædere ait, si ad totam ptisanam mutationem fecerint, minus quum ad cremorem, minime, hoc est per q̃ exigue lædere eos qui ad solum potũ accedunt, nam pro eius quod offertur facultatis magnitudine, nocumenti quoq; magnitudo sequitur.

20

Præcepta quoq; in hominũ uictu, qui in secunda ualitudine sunt, quæ utilitatem peribent, facere oportet: nam si insanis tales, aut tales uictus modi maxime differre uidentur, tum in alio quodam tum immutationibus quo pacto etiam in morbis non maxime diferẽt horumq; præsertim in acutis.

De uictu opinionem ab ipso superius dictam demonstrare incepit, una eos qui opposito modo in uictu regebant, redarguendo, cęterum ut manifestus sermo reddatur uniuersum caput dicendum prius mihi esse uidetur: propositionum autem quæ ad hoc assummuntur, altera uniuersalis dignitas huiusmodi est: si subitæ uictus ad opposita mutationes sanis nocumẽtum inferunt, longe magis ægris: quod multis modis interprætari licet, interdum ad alium dicendi modum commutando, ueluti ad hunc modum in subitis uictus mutationibus, qui in secunda ualitudine sunt, his qui in aduersa, minus læduntur, uel sic, ęgros ledentia, minus sanis obnoxia sunt, hoc generalius, lædentia ualidiores minus, imbecilliores magis nocumẽto afficiunt, sed aliter quoq; eandem sermonis uim interpretari licet, uel ad id quod demostrari debet per se primoq; utile est, uel per aliquam dignitatem, uel propositionem ipsum continẽtem alitera itaq; propositio ex se fidẽ habens, huiusmodi est: quã qui Aristothelem sequuntur, dignitatem appellare consueuerunt: Alteram uero que experientia cognoscitur, deinceps audi: subitam uictus mutationem sanos lędere, has ambo propositiones sequitur cõclusio, a subitis uictus mutatiõibus ægros potius lædi, lõgeq; magis adhuc acuto mor-

bo correptos, hęc est sermonis uis: Hippocrates autem alteram propositionem quum ex se prior, credibiliorq; sit, absq; probatione manifeste assummit, alteram uero ex his q̃ singilatim experientia uisa sunt, comprobat, quod sequens quoq; sermo declarat.

21

At uero per q̃ facile disci potest, uitiosum uictũ tum cibi, tum potus, si semper similis seruetur, ad sanitatem, longe securiorem esse, quã si quispiam subito ualde ad alium melioré, mutationem faceret.

Ex non paucis particularibus exemplis alteram propositionem ad propositi sermonis demonstrationem conferentem: hoc in loco probare incepit, eius fidem ad unum caput reducendo, quod huiusmodi est, subitas ualde, mutationes aliter q; consuetudo fuerat, eos qui in secunda ualitudine sunt, non parum lædere, qui sermo q̃q̃ manifestus est: ueruntamen si quicpiam intercidere uidebitur, quod expositione indigeat, his qui in horum consequẽtia exercitati nõ sunt, exponere haud cũctabor, hic etenim comentarius humanior est, quia non modo exercitatos spectat uerumetiam eos qui in rationibus exercitati non sunt, ꝙ si quispiã præceptorum quæ prius enarata sunt, inscius, inexpertusq; est quicpiam aliud agat.

22

Etenim & his qui bis in die, & his qui semel, cibum assummere consueuerunt, subitæ mutationes tum nocumentum, tum imbecillitatem pariunt, qui etiam prandere soliti nõ sunt, si prandium ingesserint, confestim debi

les, toto corpore graues, imbecilles ac segnes euadant, quod si etiam cenauerint ructus acidos emittunt At nonnullis alui etiam leuitas insequitur, quum alter quam consuetudo fuerat uentriculus grauetur, qui aridus esse, neque bis intumescere, neque bis cibum côcoquere consueuerat.

Quia a subitis consuetudinum mutationibus non modo homines lędi, uerumetiam quæ nocumenta eueniunt, quoue pacto unum quodque corigendum est, scripsit, in lungum sermo protractus est, quod si subitis consuetudinum mutationibus tantum lædi homines demonstrasset, uniuersus sermo breuis fuisse: prima ergo consuetudinis mutatio quã hoc in loco proponit, est in his qui prandere non consueuerunt At interdum prandium assummunt: nam debiles, toto corpore graues, imbecilles, ac segnes fieri ait: quæ ipsis eueniunt, quia uirtus a cibo ueluti ab onere grauatur, non enim propria ratione debilitata est, perinde ac in deffectu fieri consueuit, ob id ergo hoc in loco sermoni addidit bis cibũ ingerentes toto corpore graues, et segnes fieri: At his qui prandere cõsueuerũt, & prandiũ nõ assũmunt facultatis imbecillitatem litteris prodidit, grauitatem autem nequaquam ad scripsit: in huiusmodi nanque mutationibus facultas propria ratione debilitatur, hac præterea in uictus mutatione nobis proposita, segnes fieri scribens, in opposita timidos dixit ueluti omne opus odirent, quasi timentes operationes agredi dixisset: nam ad hunc modum se habẽtes quum facultatis imbecillitatem sentiant, eas operationes quas prius prompte agere consueuerãt, agredi non audent: at uero his qui deffectuosa uictus ratione utuntur,

debiles

uiscera etiam uideri suspendi ait, calidamq́; & χλωρὸν, idest igneam urinam emittere: dixit calidam, hoc est calidiorem q̃ consueuerant, χλωρὸν uero secundum quandã grecorum Asię consuetudinem, quæ nunc quoq́; seruatur, quum.n. nonnullos ὠχρὸυς idest, croceos uident, causam quęrunt, cur ad hunc modum χλωρὸν euaserunt, nihil diferre existimantes χλωρὸν & ὠχρὸν, dicere, uidisseq́ quædam χλωρότερον se ipso aiunt, ὠχρότερον intelligere uolentes: est autem ὠχρὸν color, uere talis qualis ignis, & ille eius qui ὠχρὰς appellatur, primam syllabam in appellatione acuẽdo, atq́ huiusmodi fit, aqueæ superfluitati ὠχρας & amara & flaua appellata bili, permixta, quantum.n. flauus color, rubeo magis ad album declinat, tantum hoc, flauo ὠχρόν: uerum nonnulla etiam symptomata, ad hunc modum in uictu rectis, euenientia litteris prodidit, quę quum ad locum illum peruenerimus accurate perscrutabimur, nunc autem propositum sermonem exponere oporter, quæ in non assuetis prandere euenire dixit, his hoc quoq́; addidit: q́ si cænauerint, ructus accidos emittũt, ructus autem accidos fieri didicimus & ob uentriculi frigiditatem, & ob pituitam quæ sępenumero in ipso coacervatur, necnon ob cibariorum multitudinem, uel, quum moderata sunt, sed facultate frigida: Cæterũ uniuersis dictis comnune est: inatam uentriculi caliditatem a cibis superari, non superare, neq́ uincere, neq; ipsos recte concoquære posse, haud secus q̃ si paruæ flamæ lignorum multitudinẽ coacervares, uel absq; multitudine tum uiridia tum humida imponeres eorum uero qui ad hunc modum in uictu reguntur, quibusdam aluilenitatem euenire ait, hoc est hu-

midas deiectiones, uerum in nonnullis scripturis alui leni tatem literis proditam non inuenies, sed angustiam, ut fastidiũ intelligamus, corpore angustia affecto, ob cibi multitudinẽ eius q hoc pacto uictũ assummit & cũ difficultate decubitum patitur, nec non hinc inde se ipsum transmutat, cæterum in extremo sermone, digestionem haud ab similem esse coctioni aperte protulit, ueluti a calido facta non sicco & arido qualis est febrium calor, sed humido, et uaporoso, perinde ac qui secundum naturã in aĩalibus est.

23

His itaq; mutatiõis compẽsatio subuenit, dormire.n.oportet, ac si post cænam nox foret, hyeme frigus æstate calorem euitando: q si dormire nequeunt, lento frequentiq; incessu deambulare, haud stare, nihil uel parum cenare, neq; ea quæ noxam inferre possunt: minus præterea & non dilutum bibere, cæterũ longe magis læderetur talis, si ter in die ad satietatem cibum ingereret, multoq; magis, si crebius, q̃q̃ non pauci sunt, qui ter in die ad satietatem comedendo bene se habẽt, qui ad hunc modum assueti fuerint.

Hæc dicere hoc in loco necessarium non erat, repentinas nanq; consuetudinum mutationes nos lædere, docere sibi proposuerat, non quo pacto ea nocumenta curanda sunt, quoniam autem etiam hoc agere ei uisum fuit, nos quoq; quæ literis prodidit sequęmur: maxime quidem plurimũ eos dormire iubet, q si dormire nequęunt lento frequentiq; incessu deambulare post cenam, quemadmodum plurimi expositores aiunt, ac ueluti dictorum sensus uult, post

prandium

prandium], nam hoc quod in textu protulit perinde ac ſi nox foret, de diurnis ſomnis non de nocturnis dicere conuenit: quod præterea deinceps ſcripſit, ubi ait, ꝙ ſi dormire nequeunt, lento frequentiq́ inceſſu deambulare, haud ſtare: nihil uel exiguum cenare, poſt prandium dormire eum conſuluiſſe, ateſtatur: duorum ergo alterum aut huiuſmodi ſcripturam ueluti deffectuoſam, corigendum, atq́ ad hunc modum ſcribendum, dormire. n. poſt prandium oportet, perinde ac ſi nox foret, hyeme frigus: æſtate calorē euitando: uel ſi poſt cenam ſeruare uolumus, ſermo ad hūc modum intelligendus eſt, dormire. n. oportet: perinde ac poſt cenam prius dormiebant, non ſecus nunc poſt prandium, ueluti ſi nox foret: alterius uero pręcepti ratio, eū aut prorſus nihil, aut parum aut leuia cenare, manifeſta eſt, uentriculum nanq; quieſcere uult, & laborem refficere, quem quum grauaretur paſſus eſt, quia homo prandere aſſuetus non erat, minus autem bibere, hoc inſequitur, non tamē aquoſum, nam quum a ciborum multitudine uentriculus grauatus eſt, fluctuationem, humiditatem & frigiditatem cauere oportet: potus uero qui exhibetur, non aquoſus eſſe, ſed calefacere uentremq́ roborare debet, cætera quæ ſequuntur manifeſta ſunt.

23

Qui præterea bis in die eſſe conſueuerūt, ſi prādium ommiſerint imbecilles, debiles, timidi in uniuerſis actionibus ſunt. atq́ cordis dolore corripiuntur, nam eorum uiſcera ſuſpēdi uidentur, calidum igneumq́ lotium mingunt, atq́ alui ſedimina aduruntur, nōnullis amarum os redditur oculi cauantur.

tempora mouentur, necnon extremæ partes frigescunt.

Huius contextus nonnulla exposui, ob similitudinem eorũ quæ præter consuetum prandentibus euenire dixi: hoc autem in loco de cæteris uerba faciam, alui sedimina, hoc est oletum, aduri ait, ob caliditatem uidelicet incendẽtem: his enim qui consuetum prandium dimittunt: corpus se ipso tũ siccius tum calidius efficitur, at nonnullis etiam os amarũ reddi inquit, sunt autẽ isti natura biliosiores: quibus quoq; occuli cauantur, ob eandem causam exiccati, qua egestiones aduruntur: ob inati autem caloris ad igneum mutationem, in his qui natura amara bili abũdant tempora etiam mouentur, hoc est artheriæ quæ in temporibus sunt, aperte pulsant, corporisq; extrema frigidiora redduntur, ꝓ biliosis humoribus uentriculo repleto, a quibus quum mordicatus, lęsusq; est, uirtutem resoluit, & corporis extrema refrigerat.

24

Plurimiq; eorum qui non prandent, cenam ingerere nequæunt, ꝙ si cenauerint uentrem grauant, longeq; magis in somno uexantur quam si pransi fuissent.

Qui natura amara bili abundant, si præter consuetũ prãdium ommiserint cibaria abhorrent, quum uentriculus male affectus sit, quicunq; uero coacte assammunt grauitate molestantur, atq; ob id insomno uexantur, ueluti ipse ait, quod insomno perfitiendo, eos praue se habere significat.

25

Quum itaq; hæc huiusmodi, sanis eueniant ob præter consuetudinem medii diei uictus

mutationẽ, neq; additio, neq; minutio prodesse uidetur.

Rursus in medio expositionis eorum quæ sanis accidunt, quicunq; consuetudinem uniuersim mutarunt, rationis caput apposuit, cuius gratia hęc uniuersa sanis euenĩetia exposuit, manifestum. n. est, q̄ si sanis medii diei uictus mutatio, adeo est infesta, his qui in aduersa ualetudine sunt, quo pacto longe magis non, erit deinceps rursus ad sanis eueniuntia expositionem reuertitur, in sequenti textu qui ad hunc modum se habet.

26

Si igitur qui præter cõsuetudinem semel comedit, tota die inanitis uenis quantum consuetudo fuerat cenauerit: si eo tempore quum absq; prandio esset, laborauerit, debilisq; redda ctus fuit, tunc autem cenans grauis erat longe magis grauari conueniens est, q̄ si lõgiori etiam tempore cõcisis uenis subito cenauerit, magis adhuc grauabitur.

Quod dicit huiusmodi est si qui pręter consuetudinem absq; prandio mansit postea minus q̃ consuetudo fuerat cenando in nocte grauitate correptus fuit, longe magis grauaretur, si plura q̃ consueuerat, cænaret: qui uero longiori tempore uasa inaniuit, si repente cænaret, adhuc magis grauaretur, nam inconsuete absq; prandio manentium, nonnulli breuiori tempore, quidam longiori inediam extẽdunt, hos ergo adhuc magis grauari ait.

27

Cæterum qui pręter consuetudinem. Vasa inanita habet, eum eadem die ad hunc modum

reficere confert: absq; frigore calore & fatigatione seruetur, nam isthęc uniuersa grauiter tolerantur, cenaq; ualde minor, q̃ consuetudo fuerat, sumenda est, neq; siccam esse sed in humiditate modum seruare oportet, uinum præterea non aquosum propinari: neq; minus q̃ ciborum proportio desiderat: postera uero die exigua in prandio assumendum, ut addendo ad consuetudinem reddeatur.

Quemadmodum eorum qui prandere non consueuerant, nocumentum corrigebat, haud secus etiam pręter consuetũ, ob unicam cibationem oberrantium: primo a calore, frigore & faticatione, cauendum consulit: nã hęc uniuersa ęgre ferri ait, minus præterea, q̃ consuetudo fuerat, cenandum iubet, q̃ q̃ huius oppositum pleriq; faciant, nam si quapiã de causa prandere prohibiti fuerint, cibarium in prandio relictum, in cena assumẽdum consulunt: non aĩaduertẽdo, q & si corpus eo cibo prætermisso, uere indigeat, nihilominus uentriculus lunga inedia læsus eum conficere non poterit: at Hippocrates perinde ac minorem cibum exhibendum iubet, haud secus quoq; humidiorem pręcipit: talis. n. uentriculo, totoq; corpore exiccatis propria medella erit, uiniq; potione eorum uentriculum coroborare uult: quum neq; aquosum neq; minus q̃ ciborum proportio desiderat, propinandum iubeat: aquosum nanq; uentriculi fortitudinem dissoluit, minus uero, uentriculo exsiccato nõ cõuenit: postera autem die, ad hũc modum lęsum prouidere consulit, ut in uictu minorem cibi quantitatem ingerat, q̃ consuetudo fuerat, ut addendo hoc est paulatim ad antiquam consuetudinem reuertatur.

Talia tamen grauius ferunt ii quibus superiores partes amara bili redundant.

Ego quoq; parum superius de amara bili abundantibus sermonem habui: q minus pituitosis, subitas uictus ad defectum mutationes tolerant: nam uentriculi, totiusq corporis habitus a bili citius corripitur: Cæterum qua de causa non simpliciter dixit, qui amara bili redundant, sed superiores partes addidit, quoniam flaua bilis quam etiam tũ croceam tum amaram appellant, quum in superiori uentriculi parte eminet, his superiores partes amara bili redũdare merito dicemus, q si per sedem exhierit, inferiores abundare existimabimus: paulo etenim rethori qui uniuersum corporis habitum pituita refertum habebat, singulis diebus flaua bilis super enatabat, & q̃ primum post lauacrum, hanc non exiguam euomebat, at Eudemo phylosopho cui temperamentum biliosum erat, per sedem exhibat raroq; hic igneam bilem euomebat: quemadmodum autem paulo deiectiones exiguę bili commistæ erant, haud secus Eudemo admodum multæ: ergo præter consuetudinẽ prãdium ommittentibus: si uniuerso corporis habitu uentreq superiori amara bili redundauerint, uniuersa in superioribus dicta, euenire necesse est, his uero quibus tantũ superior uenter, amara bili abundat, ea sane quę ad tolerandi difficultatem spectant, eodẽ pacto euenient: at cętera symptomata nonnulla prorsus non aderunt, quædã magis moderata: Cęterum pręter consuetum prandium dimittentes ad omnem operationem timidos fieri dixit: & cordis dolore corripi, & eorum uiscera uideri suspendi, tum calidum, tum igneum colore lotiũ mingere, alui sedimina adu

ri quibusdam ipsorum os amarum reddi, oculos cauari, tēpora moueri, atq; extremas partes refrigerari, quorum non nulla toto habitu amara bili abundantibus, quædam superiori uentre, potius eueniunt atq; ob id ad actiones quoq; timiditas, et extremorū frigiditas calidum igneumq; lotium emittere, egestiones de uri, oculos cauari, atq; tempora moueri, his qui uniuerso habitu amara bili abundant, ambobus uiscera uideri suspēdi et os amarescere accidit: nam ob defectum inconsuetum, uiscera ac si non essent firmata sentiunt: at toto corporis habitu amare bili abundāti bus ob bilis copiā os amarum redditur, non quia affectus istæ ori potius eueniat, sed quoniā natura hac in parte sensum colocauit, quo humorum qualitas dignoscitur, uenter autem potius deuritur, in superficie bilem habentibus quæ ad ipsum ex iocinore delata est, minus his quibus deorsum tendit illis.n. intestinum ad expulsionem irritatur, at cæteris uentriculus leditur: proinde Eudemus bis singulis diebus & interdum ter egerebat, paulo autem aliquando nullatenus uenter subibat, nisi.n.a quo piam mordicante irritarentur, uel superfluitatū multitudine comprimerentur intestina prompta excretio non sequebatur: neutrum uero horum prandium ommittentibus, contingit, neq; enim intestina a bili mordicantur, quum ad os perueniat, nec ea mordicet, nec īfestet, neq; grauant qui cibū nō ingesserūt.

29

Qui uero pituita superioribus ī partibus abūdant, insuetam inediam prorsus facilius tolerant, quare etiam si præter consuetudinem semel tātum cibum ingererent maiori cum facilitate ferrent.

Eos quibus superiores partes amara bili redundant diffi-cilius unicam cibationē tolerare in superioribus dixi, hoc autem in loco ad pituitosos transiens, in primis pro unica cibatione inediam retulit, ex eo quod manifestius nocumentum obtinet, ad minus lædens ex proportione transitum faciendo: nam si præter consuetum tota die absq; cibo permanentes magis lædi congruum est, q̄ prandium dimittentes, pituitosi aūt amara bili abundantibus facilius inediam tolerant, eos quoq; unicam cibationem facilius ferre posse manifestum est: causa uero ob quam pituita abūdantes inediam facilius ferunt, ex his quæ de biliosis enarrata sunt, perspicua est, inedijs enim amare bilis humor amarior se ipso euadit, at pituitosus temporis longitudine in sanguinem conuertitur, quum utraq; bilis ad sanguinis substantiam regredi nequeat, nam quum sanguis amplius calefit flaua bilis in eo gignitur, quo de assato uel ex crasso quoq; sanguine nigra, cæterum pituitæ generatio in pituosis edulijs semper sanguinem pręcedit, atq; per mediā huius generationem ad sanguinem mutatio cibarijs fit, atq; non modo prauis edulijs hoc euenit, uerumetiam nonnullis quæ ualde sana esse uidentur perinde ac pani fari & siligini: ego quidem eam scripturam exposui, quę mihi optima esse uisa fuit, quod.n. in ipsa edocetur ex se ueritatem obtinet, & pręcedentia insequitur, quæ sunt optime expōnis intentiones: in uniuersis tamen uoluminibus huiusmodi scripturam nō inuenies, sed inuicem quoq; oppositę, in uniuersis autem fere libris talem contextum diuerso modo litteris proditum inuenire licet, falsumq; sermonem reddi: necnon ad superius dicta nullam consequentiam seruare.

Sufficiens quoq; est hoc indicium, quoniã maxime mutationes circa naturam habitumq; nostrum contingentes potissimum morbos pariunt.

Naturæ nomen non pauca apud ipsum significat, hoc tamen in loco temperaturam declarare quispiam arbitraretur, quemadmodum quoq; ipsarum partium constitutionẽ, nunc habitum appellare, in qua constitutione, & bilem in superioribus partibus eminere consistit, & deorsum profiscissi, necnon magis suspensa uel compressa uiscera habere: quum.n. uentriculus magnus natura fuerit, uiscera cõprimet, & si cibariorum uacuus sit: At quũ paruus est, edulijs repletus comprimit, uacuus autem, siquidem contractus est a compressione desinit, & hinc ipsi, uiscera uideri suspendi sentiunt: Cæterum de flauæ bilis in partibus superioribus enatatione, prius dictum est, ex iocinore ad uentris intestinum ipsam meatu defferente, qui differentem cõstitutionem obtinet, interdum enim in nonnullis pars ab ipso ad uentriculum peruenit, quibus biliosa superfluitas supereminet, cæteris uero uniuersa deorsum progreditur.

31

Proinde tempore non oportuno neq; uasa admodum inanire, neq; uigentibus morbis ac inflamatis quicpiam offerre, neq; in uniuerso negocio, siue ad hæc, siue ad lla, permutare conuenit.

Contextus iste absq; ordine scriptus est, nam cum præscrito, coniungi oportuerat, ut uniuersus sermo huiusmodi redderetur, talia tñ grauius ferunt, ij; quibus superiores partes amara bili redundant, qui uero pituita superiori-

bus in partibus abundant, insuetam inediam prorsus facilius tolerant, quare si etiam præter Consuetudinem semel tantum cibum ingererēt, maiori cum facilitate ferrent: proinde tempore non oportuno neq; uasa admodum inanire, neq; uigentibus morbis ac inflamatis, cibum porrigere conuenit: nam quum sermoni finem imposuisset, in quo maximas uictus mutationes nedum infirmos, uerūetiam eos qui in prospera ualitudine sunt, lædere demonstrauit, merito intulit cuius gratia horum omnium meminit, ad hunc modum scribens: proinde tempore haud oportuno neq; uasa admodum inanire conuenit: & quamuis sufficienter ipse ex dictis propositum demonstrasset, nihilominus ad aliā quoq; rationem hæc comprobantem transire uidetur, ex superabundantia testibus utendo, merito ergo contextus istæ secundæ huius orationis initium est, sufficiens quoq; inditium existit, quoniam maxime mutationes quę circa naturam, habitumq; nostrum contingunt, potissimum morbos pariunt, cui sermoni tum continuus, tum insequens, hic erit: multa uero quę ad uentriculum pertinent consentanea, aliaq; quispiam dicere posset: quem contextum deinceps exponam, at hoc in loco ad præsentem reuertor, qui huiusmodi intellectum obtinet: tēpore nō oportuno ęgros fame cruciare non conuenit, neq; in morborum uigoribus ex inedia ad oblationem uictum permutare, sicut neq; ad oppositum uniuersim quibus sequitur, talem uictū esse obseruandum, qualem ipse iussit, horum autem caput est subitas ad opposita mutationes cauendas esse.

32

Non pauca uero his quæ ad uentriculum pertinēt, fraterna, aliaq; quispiam dicere posset

ut pote cibaria consueta facile ferre, etiam si non bona natura fuerint, idem de potu censeo, at inconsueta, quamuis non mala fuerint, cum difficultate tolerare, non secus etiam potus.

Quæ similia sunt, & ut quispiam diceret sufficienter cognata, fraterna appellare cõsueuit: nam cognatorum proprijssimi, maximeq; omnium cognati, fratres sunt: aliæ etenim cognationes sunt his posteriores, & amitæ & auunculi & consobrini, & consobrinæ, alijq; huiusmodi: Cætera contextus manifesta sunt, quum eundem sermonem demonstret, quem ab initio demonstrauit, cuius caput est cõsuetudines maxime posse, subitas autem mutationes, haud parum corpora lædere

33

Quæcunq; etiam multæ carnis præter consuetudinem cõmestio, aut allea, aut lassar, aut liquor, aut caulis, aut cætera quæcunq; similes proprias facultates maximas obtinẽt, faciũt, minus quispiã admiraretur, si talia magis quam cætera uẽtriculis labores facerẽt: q; si quispiã didiceret, quantã maza pturbationem, tumorem flatum ac tormen, uentriculo parit, quum præter consuetudinem fuerit deuorata, ab eo qui mazam ingerere nõ consueuerat, uel panis ipsæ calidus deuoratus qualem sitim, subitamq; plenitudinẽ inferat, quia arefacit, tardeq; per meatus incedit, & ualde puri, & commisti præter consuetudinem ingesti differentia inter se commit-

tunt,maza præterea præter cõsuetudinem sicca,uel humida,uel uiscosa,polentæ quoq; quid potagnia.i.recentes faciant, non consuetis,atq; aliæ his qui recentes ingerere cõsueuerunt,tum uini tum aquæ potio si subito præter consuetum ad alterum mutatio fiat: Vinum quoq; aquosum purumue repente ebibitum hoc.n.in superiori uẽtriculo laxitatem producit,flatumq; in inferiori,illud uero uenarum pulsum, & capitis grauitatẽ & sitim,album etiam,& nigrum uinum, p̃ter cõsuetudinẽ mutata q̃uis.n.ambo uinosa fuerint,nihilominus non pauca in corpore commutabunt,ueluti dulce, & uinosum: merito admirabile esse diceret, neq; subito mutationem fieri posse arbitraretur.

Quamprimum totius sermonis mentẽ explicauero,ad eius singula accedam, totius quidem sermonis intellectus huiusmodi est,uictus mutationem ad edulia, & potus quæ magnam uim obtinent si quispiam corpora lędere conspexerit,admiratione non caperetur,de mutatione autem ad exigua,neq; absq; nocumẽto facta,merito quispiam admiraretur,totius sermonis mens huiusmodi est,totius uero cõtextus initium singilatim cibaria quę ualidas obtinent facultates nominatim commemorat, carnis commestionem, allea,lassarem,liquorem & caulem uidelicet lassaris, nã uniuersus lassar,ualidam facultatem obtinet, singillatimq; eius liquor & caulis,hęc autem simpliciter protulit, at in carnis deuoratione multę addidit,ad hunc.n.modum ualidas facultates habebit,quum magnas non obtineat, si mode

rata fuerit: sequens autem contextus ad edulia exiguas facultates obtinentia pertransit, mazam panemq; calidũ uel frigidum, aut purum, aut commixtum, uerum ꝙ non purũ commistum appellat, etiam ex oppositione ad purum manifestum est, homines tamẽ nostro tempore huiusmodi panem frumentaceum appellant, furfuracea farina in eo haud semota, in puro autem ablata, his deinceps polentarum quoq; differentias commemorauit, sed recentes potagnia ionicorum, antiquorũ uoce nominauit, ad hæc uini & aquę potionem præter consuetudinem mutata, tum meratiorẽ tum aquosiorem potum, in quibus addidit aquosum uinũ in superiori uentre laxitatem, hoc est humiditatem, imbecillitatemq; producere, flatumq; in inferiori, ad purum tẽporum pulsum, capitis grauitatem et sitim: hoc quidem caliditate operans aquosum autem, humiditate frigiditateq; opposita: ipsorum etiam uinorum differẽtias meminit, ex his uniuersis ab initio uniuersaliter propositũ sibi agregando, omnem consuetudinis mutationem repente factam, non paruã in corpore lesionem efficere.

34

Cæterum huiusmodi partem contraria ratione fulcire oportet, quoniam uictus mutatus his fuit, corpore nõ commutato, neq; ad robur, ut cibaria addere opus esset neq; ad imbecillitatem ut minuere oporteret.

Fulcire, auxiliari declarat, sed nullum aliud auxilium sermoni erit, præter deffensionem ꝙ ueritatem obtineat: nam quũ duo sermones sint, alter qui ipsi placet, alter qui huic aduersatur, primum usq; ad præsentem partem tutatus est: At hoc in loco alterius deffensionem agreditur, ob quẽ

dicere posset quispiam rationi cōsentaneum esse a uictus mutatione ægros maximam consequi utilitatem, siquidem corporis affectus ad oppositum commutatus est, qui.n. prius in prospera ualetudine fuerat nunc in aduersa consti tutus est, Verum ad hāc rationem in uniuersali, etiam supe rius respondit, mutare quidem bene se habet, recte tamen transferenda mutatio est, atq; quid recte sit, per plura de= clarauit, quod ad capita reducendo dixit: proinde tempo re non oportuno neq; uasa admodum inanire, neq; uigenti bus morbis ac inflamatis quicpiam offerre, neq; repētinas mutationes aut ad hæc, aut ad illa toto in corpore facere cō uenit: quare ambiguitatem iam soluere præuenerat, quam nuper dixit, quum sermonem deffenderet, uerum hoc etiā in loco ei quicpiam addet ad hunc modum scribens, uim etiam modumq; uniuscuiusq; morbi ad certam indicatio nem assūmere oportet & c. quæcunq; deinceps literis pro didit, quæ in sequenti contextu exponam.

35

Vim etiam modumq; uniuscuiusq; morbi, ho minis naturam, necnon ægri uictus morem non modo ciborum uerūetiam potuum ad certam indicationem assummendum.

Vt in acutis morbis conueniens uictus constituatur ueluti edocuit, tum roboris consideratione, tum morbi modum & ad hęc hominis naturam, & eius consuetudinem addendū iubet, est.n. caput quod constituit, uictus formam commutā dam non esse, donec concoctionis inditia manifeste non apparuerint, hoc autem erit quum pręcognosces quot die bus morbus ad uigorem perueniet: Cęterum quum uictus quem exquiram secundum magis et minus permutari pos

ſit, ſiquidem ægri, facultatis robore & imbecillitate naturali temperamento morbi modo atq; præcedenti conſuetudine inter ſe differunt: ſi ad hæc reſpexeris artificialiter cōiectari licebit, magis & minus uictus formę ſi oxymellite uel mulſa ægrū in uictu regendum, uel uſq; ad concoctionis inditia ſolam aquam in potu exhibendum, uel ptiſanā offerendum, uel eius cremorem tantum, ſiue bis ſiue ſemel in die, ergo tum magis tum minus in uictu ex his quæ hoc in loco dixit, certo inditio conſequi oportet, nam et ſi ęgrū cremore indigere inueneris, nundum tamen quantum ipſius exhibendum cognoſces, non ſecus de oxymellite, mulſa, et aqua cenſendum: ſed perinde ac ad uictus formam inueniendum, cognoſcere tibi opus fuit, an imbecillis uel ualida laborantis facultas eſt, nec non quot diebus morbi cōcoctio erit: ad eundem modum, etiam nunc in conſideratione addendum: ad quantam quantitatem ipſi contigerunt, ea quę tū ad robur tum ad imbecillitatem spectāt, nā in facultatis robore multa ad modum differentia eſt, ſiquidem in imbecillitate quoq;, ſecundū magis & minus, haud ſecus etiā morbi differentia certa indictione aſſequenda eſt: non. n. eſſe morbum lateralem, aut abſceſſum in pulmone tantum dignoſcendum uerumetiam qualia ſint, in his quæ ad dolores & febres, & sputa pertinēt, nam lateralium dolorū, quidam magis aliqui minus huiuſmodi ſunt, uehementēq; febrem magis, minuſq; talem habent ſinguli laterales morbi: Cęterum in ſputis non parua differētia eſt: ut inde prę cognitione uolumine ſcriptum eſt: quum itaq; particulares ægri in dictis differentijs, uarientur: fieri non poteſt, ut ex empiricorum appellatis concurſibus, doctrina conſtituatur, ſcribi. n. nequaq̄ poſſunt facultatis exceſſuum dif-

ferentiæ, uel illę quæ ad febris uehementiam spectant, neq; sputorum quantitas, neq; magis & minus in singulis coloribus, uel dissimilibus eductionibus: Verum quum uniuscuiusq; facultatem didiceris, proprie ac singilatim inter se omnes conferre oportet, ex his uero caput unum congerere: nam meliores deterioresq; medicos fieri, in hoc consistit, q̃q̃ eadem perdiscunt, qui.n. in ratiotinando perspicatiores sunt, obtusioribus, & qui magis labores diligunt socordioribus, ac qui magis exercitati sunt, in expertioribus necnō magis memores his qui imemores sunt, prę stãtiores habentur: melius itaq; est, ex omnium particulari facultate uniuersam formam congerere, necnon uniuscuiusq; cibi quantitatem: imbecillitas nanq; sepenumero, sed paulatim cibum exhiberi, indicat, huic autem, ægrum bis esse consueuisse attestatur, rursus uero facultatis robur oppositū: quū in homine qui semel comedere consueuerit appareat, hunc semel enutrire oportet, ambę autem certæ indicationes indicãt: haud secus etiam corpus quod facile per halitum digeritur ad cibum offerendum adminiculatur: at id quod cum difficultate, ad oppositum perducit, præterea tenues humores obtinentes, ad cibum offerẽdum indicant, qui aūt huiusmodi nō sunt, ad opposita, atq; in singulis dictis magis & minus eidem proportione respondens auxilij quoq; usum auget, minuitq;: Cæterum de his uniuersis per ordinem dicta sunt ĩ eo uolumine quod de arte curatiua edidimus, ut celerime disci, facileq; commemorari possint: in hoc.n. libro nobis in præsentiarum proposito: Hippocratem uniuersa recte dicere, ordineq; docere, impossibile erat, presertim quum primus eorū inuentionẽ fecerit, uerū qui hæc ab ipso transuersim, inordinateq; didicerit, necnō

uniuersam eius uitam ad edoctum ex operibus exercitium dicauerit, tum perspicuitatem tum ordinem doctrinę adde re poterit: quod si pluribus uoluminibus hoc facere etiam licebit, quantus eorum quę dicentur perspicuitatis excessus fiet, manifestum est: nemo igitur eum uituperet si quum uniuersim intentionum multitudinem, inculcauerit, hinc confusio orta est, sed si intellexerit, quod inde medendi methodo commentarijs harum una quaeq; a nobis demonstrata est, ad ea accedendo, omnia accurate perdiscet, & hoc in loco absq; ordine dicta intelliget, speculationemq; in artis operibus exercendo eius ueritatem laudabit.

36

Verum longe minus addēdum, quoniam ablatio prorsus auferendo sepenumero prodest, quum æger sufficere potest, donec morbi uigor fuerit concoctus.

Quia uniuscuiusque uictus forma, ex quibus prius dixit inuenta, ut in omni uictu quantitas inueniatur, ea quæ in cōtextu præposito dicta sunt, ad certam indicationem assūmere oportet, in contextu præsenti: uerum longe minus addendum quoniam ablatio prorsus auferendo sepenumero prodest, dignoscens uniuscuiusq; auxilij quantitatem artificiali coniectura indigere, artificiose autem coniectari facile est, eum qui omnium quę ad artem pertinent facultates didicerit, memineritq;, necnon in operibus cum diligentia sese exercuerit, sed prorsus pauci huiusmodi sunt, merito in hoc contextu hoc in loco dicta, ascripsit: quum quispiam indebita mensura aberrauerit, ad minus in quantitate reuertendum potius esse, admonens, quam ad id quod exuberat: nam debitam mensuram excedens, nocumenta quae

corrigi

corrigi nequeunt, interdum efficit: Verum quod ad minus declinat, facile corrigitur, quum possimus nos si uirtus labe factari uideretur, cibi parum exhibere, at superfluitatem eius qui cibum in uentrem absorbuerit, neq; in cęteris, longeq; minus in acutis morbis remouere facile est: quoniam ablatio, prorsus auferendo sepenumero prodest, quũ æger sufficere potest donec morbi uigor fuerit concoctus, hanc propositi contextus partem reassumpsit, consuetam sibi intentionem ad memoriam reuocare uolens, tum hoc in loco, tum in Aphorismis, si.n. infirmus usq; ad morbi uigorem absq; cibo sufficere posse uideretur, inedia prorsus, solo potu eum in uictu regendum, qñ tibi opus esse uideretur.

37

In quibus autem hoc agendum, conscribetur.

Posteaq̃ in hoc uolumine uniuersalem uictũ edocuerit, ad reliquos uniuersos acutos morbos se accessurum manifeste protulit huiusmodi tamen comentarius haud quaq̃ inuenitur: quæ.n. hoc in libro post sermonem de lauacris proposita sunt, si quidẽ ueluti in typo ab eo litteris prodita, hæc sibi ad memoriam comparante in domo quispiam inueniens, post uiri interitũ in lucem eddidit, fortasse quampiã rationem obtinere posset: sed q̃ ipse ea scripserit, Hippocratis facultate dignum non est, perinde ac ea quę de morbis affectibusq; inscripta sunt: q̃q̃ in ipsis haud pauca recte dicta sunt: quod in interpretationibus quas in ipsa cõscribemus determinabimus, iudicabimusq;.

38

Non pauca quoq; alia, his quæ dicta sunt consentanea, quispiam scribere posset.

Rursus ad eundem sermonem, reuersus est, quem multis ex

exemplis comprobauit, quum consuetudinis mutationẽ ęgros lædere demonstrauit: Cęterum quia ab his qui in prospera ualetudine sunt, ad eos pertransiuit, ob id consentanea dixit, ea quæ perpulchre similia sunt. Verum quod deinceps dicturus est, huius sermonis testimonium est, nõ est simile, neq; haud congruens, neq; ut ipsę appellaret, consentaneum atque situm ipsum, eius autem sententia manifesta tibi erit in sequentis contextus expositione.

39

Hoc tamen melius testimonium est, non.n.rei de qua plurimum sermonẽ habui simile est sed ipsamet res ad docẽdum maxime opportuna est: acutorum.n. morborum incipientium euenit interdum, ut in nõnullis aliqui eodem die quo inceperũt, cibum ingesserint, alii etiam sequenti die, aliqui uero quodcunq; inuenerunt exsorbuerũt, quidã cycinum quoq;: Cæterum uniuersa hæc peiora sunt, quam si quispiã diuersa uictus ratione usus fuisset, longe tamen minus nocumentum inferunt, eo tempore errata q̃ si aliquis primis diebus, uel etiam tribus diebus uasa prorsus inaniri permisisset: in quarto autem uel quinto quoq;, talia ingessisset: deterius tamen est, si his uniuersis diebus uasis inanitis, in sequẽtibus hoc uictu uteretur, priusq̃ morbus cõcoquatur, ad hunc nanq; modũ plures aperte commoriuntur, nisi morbus prorsus mitis fuerit: Verum quæ ab initio errata fuere eodem pacto atq; illa cum difficultate non

corriguntur, sed lõge facilius curæ obediũt.

In superioribus, ab accidentibus his qui in secunda ualitudine sunt inconsuetudinũ mutatione euenĩetibus, ad ęgros per similitudinem migratus est: Verum hoc quoq; in loco permutationem facere debet, propositumq; ipsum, hoc pacto se habere aperte demõstrare: quid igitur hoc erat, neq; ab initio neq; in primis diebus ægros absq; cibo seruandum, ut posteaq̃ prope uigorem peruenerint, eos repleãt, his ergo quæ toto in contextu dixit, infirmis maius sequi nocumentum demonstrare uult in ipsis erroribus quum iã prope uigorem errauerint, q̃ in morborum initijs, ait.n.lõge tamen minus nocumentum hoc in tempore errata inferunt: q̃ si aliquis primis duobus uel etiam tribus diebus uasa prorsus inaniri permisisset: quum uero in quarto fuerit talia ingessisset, uel etiam anteq̃ morbus concoquæretur: non ignorandum autem, maturum, concoctum Hippocratem appellare, mites uero ægritudines dixit, non malignas, sed eas quæ facile tractantur, Antiquorum.n.haud paucos, hac dictione fuisse usos nouimus, ad eundem quoq; modum Hippocrates sepenumero: ut in cæteris demonstratum est.

40

Huiusmodi ergo documentum maximum mihi esse uidetur. primis diebus nullum sorbitiõis gerius subtrahere oportere, his qui paulo post. sorbitione huiusmodi, aut huiusmodi, uti debent.

Rursus hoc in loco eundem sermonem dixit, quem in superioribus sepius protulit, eos ab initio enutrire iubens, qui usq; ad uigorem absq; ptisanæ sorbitionis assumptione

sufficere nequeunt: nobis.n. eueniet, prope uigorē eos emu trire cogi, quo tempore siquidem prius copiosiori uictu recti fuissent, ad tenuiorē uictus speciē ptrāsire oportuerat.

41

Qui itaq; ordeacea ptisana utūtur se lædi pœnitus ignorant quū sorbere incipiunt, si duobus, aut tribus, aut etiā pluribus diebus uasa inaniri pmiserint, rursus qui cremore utūtur nesciunt ei nocumentum euenire, quum haud recte sorbitionem incipiūt, tunc tamē cauēt, magnumq; euenire nocumentū agnoscunt: si anteq̄ morbus concoquatur æger qui cremore uti cōsueuerat, ptisanam ordeaceam ingesserit, uniuersa ergo hæc magna inditia sunt, medicos non recte ægros ad uictus perducere, sed in quibus morbis eis qui sorbitionibus regi debent,, uasa inaniri permittenda non sunt, ea concidere sinunt: at in quibus ex uasorum inanitione ad sorbitionem permutationem facere haud quaq̄ oportet, in his permutant.

Pœnitus, uel omnino uel ab initio apud ipsum significat: ait.n. ignorare medicos, quando primo uel ptisanam uel cremorem ęgris exhibendum, scire tamen ipsos anteq̄ morbus concoquatur si ptisanam ordeaceam attulerint ægros læsuros, cæterum hunc contextum sequentia quum de eisdem eadem demonstret, cum sepenumero dictis, ob claritatem, sponte ea prætermittam.

42

Magnaq; ex parte cōfestim interdum in huius-

modi temporibus, interdum in temporibus, ex uasorum inanitione ad sorbitionem per mutatioẽ faciunt, in quibus si ad hunc modum morbus exacerbaretur, ex sorbitionibus ad uasoꝝ inanitionẽ trãsire satius esset.

Confestim & ab atricis scriptoribus & ab ipso Hippocrate pro præcise dictum est, eodem ergo etiam nunc usus est, declarare uolens eo præsertim tẽpore ex inedia ad sorbitionem & medicos uictũ permutare in quo inediæ adherere confert: hoc quoq; in loco manifestissime declarãs, quum morbus uiget, tenuissimo uictu uti, necesse esse.

43

Nonnunquam etiam tum a capite tum a loco qui circa pectus est, biliosa cruda euellunt, hisqꝫ uigiliæ supueniũt, ob quas morbus nõ concoquitur, tristitia præterea, amaritudineqꝫ infestãtur, delirant, necnon resplẽdentia quædam ante oculos apparent, aures sono replentur, extremæ partes infrigidantur, urinam incõcoctam emittunt, sputa tenuia salsa exigua atqꝫ colore puro colorata, sudores circa ceruicem, anxietates, spiritus quum defertur frequens est, uel magnus ualde: supercilia grauantur, prauæ animi defectiones eueniunt, uestes a pectore prohitiunt manus tremunt, atqꝫ interdũ labiũ inferius cõcutitur.

Vniuersa hæc, euenire ait, his qui a medicis praua uictus ratione reguntur, quicunqꝫ in primis diebus ægros exsiccantes, uel tertio uel quarto uel quinto uel sexto, uniuersim ad cibaria pertranseunt, morbi uigore nundum peracto, q

si factus esset, uictus rationem eos congrue permutasse ait; quod ergo dixit uictum beneualẽtium, in morbis commutandum, neq; temere id esse agendum, ex prius dictis, manifestum arbitror: nam quum in secũda ualetudine una corporis constitutio sit, altera in morbi initio usq; ad uigorẽ alia præterea usq; ad perfectam solutionem, necnon post ipsam conualescentię, usq; ad bonæ ualitudinis habitum in una quaq; quatuor constitutionum magnas uictus mutationes non agendum, priusq̃ ad alteram constitutionis speciem perueniatur, qui igitur in morborum initio ęgros inedia prorsus regunt, si ad uigorem usq; huiusmodi uictus speciem seruare possent nullus ipsos accusare ualeret: Cęterum quum hoc facere nequeant quia ęgrorum uirtus in medio destrueretur, ęgros exsiccando inedijs male fuisse usos, manifestũ est, hac autem appellatione manifeste indicatur, in oportunam inediam plusq̃ conueniat corpus exsiccare, eo.n. in tempore in quo quum uigor propinquus sit, tenuiori uictu utendum, cibaria offerre coacti sunt: ob immoderatam ergo inediam ęgros exsiccatos esse manifestum est qđ caricheneste appellauit, propterea itaq; ait in hoc uictus modo, multa praua syptomata sequi, deinceps autem ea uniuersa enumerat, a biliosis crudis initium constituendo: ad hunc.n. modum ea appellauit, quia etiam superfluitatum pręparationem concoctionem appellat: q̃q̃ fieri non potest ut mutata, corpori nutrimentum exhibeant, perinde ac biles saniesq;, ueruntamen quia etiam his natura dominatur concocta appellare consueuit, huiusmodi superfluitatum a natura superata, cruda uero quæ non superantur, ob eandem quoq; causam in phlegmonibus concocti pus fieri ait: at qui: ex pure nulla pars enutritur, ueluti tũ ex cru

tuvischene ste

dis appellatis humoribus tum pituita: quæ quum reliquã operationem susceperint, perfecteq; cõcocta fuerit animal enutrire possunt, ad eundem ergo modũ biliosorum quoq; humorum concoctio est quemadmodum & sanguinis qui in phlegmone ad pus commutatur, in generaliori concoctionis significatu nobis appellationem intelligentibus: generalius autem est, quum natura causis ualidior fuerit, eius quæ ea permutauerit, cæterum quæ sicut in corpore inanimato putrefiunt, naturali calore ad alterationem ipsis nihil conferente, a concoctione semota sunt, hoc igitur interdum aquosis etiam liquoribus qui per urinam excernuntur euenit, proptereaq; lotium inconcoctum, concoqui dicimus, quanquam corpus ex urinis concoctis nutriri nequit: eodem generali concoctionis significatu etiam utimur, quum destilationẽ, uel raucedinẽ uel liquores ex his fluẽtes uel in oculis generatos, aut incõcoctos, aut cõcoctos esse dicimus haud secus bilem uel crudã uel in cõcoctã uel cõcoctã esse enuntiamus, cruda quidem effatu dignum flaua, & acris & praui odoris est, concocta autem igneum colorem magis præ se fert, minimeq; praui odoris est, in concoctam ergo bilem ad uentriculum confluere cogi ait, ob prauam uictus rationem, quæ tum ex capite tum ex pectore attrahitur: altero quidem tempore in quo fame cruciant: nullo optimo uentriculum confortantes, altero autem in quo tempore prope uigorem, ex inedia ad ualida cibaria permutationẽ faciunt: deinceps uero cætera quoq; symptomata enumerat ob prauum uictum euenientia, primo uigilias quæ lõgas inedias cibariaq; non oportuna insequuntur, quæ ambo in medicorum uictu accusat, uerum morbi cruditatem uigilias insequi manifestum est, siquidem, concoctio som-

nos concomittatur: tristitias præterea euenire ait, ob ambo uidelicet, & lūgam inedian, & ualidum cibum repentinū a quo uentriculus grauatur, grauatus autem tristes, mœstosq; reddit infirmos: eos quoq; amaritudine infestari ait, uidelicet simile quicpiam ei quod dictum est, ueluti. n. nonnulli melencolicæ tristantur, ad eundem modum alij magna ira sepenumero corripiuntur, perinde ac ipsa bili in uentriculo congesta, uel quum inquit, amaritudine eos infestari, indicat etiam amaritudinem in ore ipsis ob huiusmodi bilem ortam, delira uero & in maximis iris & ob amaram bilem in stomaco uel cerebro coacruatum, oriri possunt, resplendentia autem atræ oculos eueniūt, tum propter uentriculi exhalationem, tum propter sanguinis multitudinem quæ ad caput delata sit, sed horum, primum quidem ob non oportunas uictus oblationes interdum euenit, secundum autem uel ob sanguinis enaribus fluxum iudicialem, uel delirium euenturum, haud secus aures sono replentur, & propter uapores qui a uentriculo eleuantur, aut propter flatuosum spiritum in capite genitum: corporis uero extremitates, quæ pedes, manusq; sunt, frigore prumpte coripi, non ignoramus, quum uentriculi os male fuerit affectum, quando uel ob lungam inediam a mordicantibus liquoribus uehementer mordicatur, uel ob in oportunam cibi multitudinem grauatur, quæ ambo in dicto uictu patitur, in quo primis diebus medici ęgros exsiccātes, ad frumentacea cibaria uniuersim permutationem fæciunt, in quo tempore eos tenuiori uictus ratione uti oportebat: eadem quoq; ratione, quum hoc pacto in uictu reguntur, neque urina cōcoquitur, in exsiccando quidem, absq; uel ptisanę cremoris uel mulse, uel oxymellitis oblatiōe, sanguine, qu

non purgatus est in bilem conuerso, ob subitam uero ad cibaria mutationem, uentriculo grauato, & cum eo, uitali facultate laborãte, quẽadmodum animi deffectiones stomaticæ appellatæ, manifeste nobis ostẽdũt, cõsensum uitalis facultatis cum ore uentriculi: nam quod magis ac primo in non oportunis inedijs, oblationibusq; afficitur hoc est propterea ergo sputa etiam tenuia & salsa, & pauca, purisq; coloribus colorata, fieri ait, sudores quoq; circa ceruicẽ tantum, & anxietatem & anhelitus difficultatem: nã morbus incon coctus permanet, ob utrumq; excessum, tum inediam lũgam, tum cibi oblationem haud oportunam: At sputa enumerata, cruditatem quoq; insequuntur ueluti etiam ceruicis sudores, & ob inediam dissoluta uirtute, & cibo non oportuno grauata, haud secus anxietas symptoma ambobus comune est tum propter lungam inediam uentriculum liquoribus replentẽ tum propter nõ oportunum cibũ, grauantem: anhelitus tamen difficultatem in qua spiritus impeditur ob cibum potius non oportunũ euenit, q̃ ob deffectum, nam angustię, conuulsionisq; inditium est, in inspiratione spiritum offendi, ac ueluti firmari, latio: n ad superiora expirationem facit, huiusmodi spiritui oppositum in secundo, sextoq; de morbis uagantibus uolumine, ipse signi ficauit, ad hunc modum scribens, duplicem ad interna reuo „ cationem, ueluti inspirantibus: Cæterum ob in oportunũ cibum, non ob deffectũ, huiusmodi anhelitus difficultatem fieri, manifestum est, etiã quia Hippocrates ait, frequẽtem uel magnum ualde spiritum, in uictu male rectis euenire, nam frequens, magnusq; fit, compresso septo transuerso a cibo in uentriculo contento, qñ non superato, neq; a uẽtriculo recte præparato, flatum efficit, tunc: n necesse est

ob septi transuersi angustiam, minorem spiritum inspirari, quamuis thorax se, ea qua prius dilatabat dilatatiōe, dilatet: presens igitur spiritus quantum a priori defficit, tantū respirationis necessitatem efficere debet, atq; ob hunc deffectum, uel maiorem respirationem, uel frequentiorem animal facere cogit, uel utrunq;, sed de uniuersis anhelitus difficultatibus in eo uolumine, quod de anhelitus difficultatibus scripsimus abunde dictum est, in quo tum harum tum aliarum anhelitus difficultatū causas cum proprijs demōstrationibus litteris prodidimus, at hoc in loco hæc satis sunt: ait præterea a prauo uictu supercilia grauitate participare, cæterum dupliciter scriptum inuenitur, in nonnullis scripturis singulari numero supercilium grauitate participat, at in altera pluraliter supercilia grauitate participare, declaratur autē ex contextu ipsa quodāmodo auelli, aut euelli euenitq; hoc, īterdū quū ambo spasmose, ut aiūt, tenduntur, uel alterū tantū, interdum altero dissoluto: deinceps prauas animi deffectiōes ait, ad symptomata sermonem refferendo, ueluti etiam uestium proiectiones fiunt, quum infirmi deuruntur: interdum quoq; manus uniuersæ contremunt, exacerbata malignitate, uerum inferius labrū concussum, in uentriculi ore uehementem mordicationem esse indicat, proinde huiusmodi symptoma acrium etiam humorum uomitus, inditium est.

44

Hæc si in initijs apparuerint, deliriū uehemens denuntiant, magnaq; ex parte mortē obeūt.

Symptomata quæ enarrauit, si ī morbi initio euenerint, uehemens indicare delirium ait, morbi uero initium hoc in loco intelligendum, totum id tempus in quo concoctionis in-

ditia nundum ad sunt, dictum.n.est in his quę de iudicijs edidimus principij nomē plura significare, significatumq; quod hoc in loco dictum est, principij esse in huiusmodi diuisione facti, in qua talia morborum tempora diuidendo ad hunc modum dicimus, ea ex initio, & incremento & uigore & decremento compom: symptomatibus ergo nuper enarratis, quando prope uigorem apparent, iudicium futurum indicantibus, cōstantibus uidelicet in morbis, quum in initio fiunt, iudicium non indicant, in principio enim nihil iudicari potest, sed delirij inditia sunt scriptumq; de his sufficienter est, in commentarijs de inditijs editis, uniuersum ergo de his sermonem, ex illis perdisce, est enim longior, q̄ ad prętentem locum pertineat, siquidem uniuersa percurrit: uerum ut in cæteris ad eundem modum in his summatim dicere satis erit: quum natura excretionem aggreditur, effatu digna perturbatio in corpore fit, ob quam huiusmodi symptomata apparent, cum manifestissimis concoctionis inditijs, q; si absq; naturæ ad infestantium humorum excretionem præparatione, similis perturbatio fieret, maxime discriminosum inditium esset: Cæterum de iuditialibus symptomatibus iam in cæteris cōmentarijs dictum est, qualis natura ipsorum, necnon quo pacto ab his quæ post apparentia appellantur, seiunguntur: in quibus etiam concoctionis inditia sunt, nam ante hunc librum & de prę cognitionibus & de humoribus uolumina, necnon aphorismos exposuimus, sed eadem de eisdem semper dicere, ad eos spectat qui sermonis prolixitatem diligunt.

45

Qui uero liberantur aut abscessu, aut sanguinis e naribus fluxu, aut crassum pus expuen-

do euadunt, aliter autem nequaq̃.

Quia eos mortem obire non simpliciter dixit, sed magna ex parte addidit, propterea quo pacto eorum nonnulli seruentur dicere consequebatur, hos itaq; hoc in loco percurrit, atq; uel ob sanguinis e naribus fluxũ, uel ab abscessum, uel ob puris effatu dignum concocti, expuitionem, quosdam ipsorum liberari, unàq; ex quibus dixit, indicauit, ægros in huiusmodi symptomatibus ob plenitudinem incurrere.

46

Neq; enim in his medicos expertos uideo, ut ad imbecillitatẽ dignoscẽdam in morbis oportet, siue ob uasorum inanitionem, siue ob laborem morbiq; acuitatem euenerit, necnon quot affectus, ac speties uniuersas, natura habitusq; noster singulis parit, q̃q̃ huiusmodi, si dignoscantur salutem, si ignorantur pernitiem inferant.

Quia de ægri robore & imbecillitate sermonem habuit, sunt autem hæc ex uictus intentionibus, non pessimæ, ob hanc causam, hoc in loco rursus de ipsa facultatis imbecillitate sermonem aggreditur quibus modis fit, medicos dignoscere oportere dicens, quia nonnullæ imbecillitates a uasorum inanitionibus eueniunt, nam proprie primoq; Ceneangia, hoc significat, ac propterea inedia uasorum inanitio sæpenumero dicta est, ueluti generis nomine pro spetie uniuersi homines consuete utuntur, nonnullæ uero a labore uel proprie dicto qui cum doloribus idem est ue l ut quispiã diceret malo affectu quo acutis in morbis ægri male afficiuntur: nonnullas quoq; ob aliam quandam iri-

sationem fieri ait: enimuero si uel uentriculi, uel intestinorum mordicationē intelligit, hoc symptoma sub doloribus comprehendi uideretur, quod si uigiliam, aut oris uentriculi affectum, proprie interpretari non uideretur, facultas tamen dissolui conspicitur ob euacuationem, uel ex sanguinis fluxibus, uel uomitibus, uel egestionibus, uel sudoribus, necnon ob longiorem inediam quàm conueniat, dolorem, uigiliam, atque surrectionem frequentem, uentrem purgandi gratia, & ad hæc quum interdum uentriculi os patitur, adeo ut animi deffectiones eueniant: id quod ob cibi multitudinem grauantis, aut aliquam qualitatem ei infestam fit, ipseque laboret, necnon una cū ipso facultatē celerrime dissoluit: uniuersa igitur hęc facultatis nocumenta a manifestis causis oriuntur, alterę immanifestę sunt, ut quum absque manifesta euacuatione, uel uigilia, uel fame, uel etiam oris stomaci consensu, ægri ad huiusmodi corporis affectum perueniunt, quem in pręcognitionum uolumine ipse ad hunc modum literis prodidit, nares acutæ oculi concaui, tempora collapsa, & quæ sequuntur, eadem enim corporis constitutio, etiam ob uigiliam & multam excretionem, & famem fit: at pręter hæc quum tenui humores in corpore sunt, uel febris caliditas acris, nam ad hunc modum attenuati, occulte per halitum digeruntur, nonnullis quoque ob intemperiē quum unum principium affectum est, facultas imbecillis fit: primum quidem per essentiam patiens, laborat, reliqua duo etiam per consensum, didicisti namque aliam esse in neruis facultatem, cuius principium cerebrum est aliam in artherijs cuius initium cor, ac tertiam in uenis ex iocinore ortam: partis ergo unius, quęcunque fuerit, intemperies interdum propriam facultatem uitiauit, cum qua unà reliquæ

duę facultates affectę fuerunt, quando cor patitur, celerrime pereũt, deinceps cerebrum, tarde iecur, ueluti enim hęc partes intemperie affectę propriam uniuscuiusq; facultatem maxime lædunt, ad eundem modum nonnullæ propè unumquodq; principium positę, quum intemperie ualde laborant facultatum initia ad eius consensum perducunt: nonnullę uero quàmuis propè collocatę non sint, ob generalem tamen cõmunicantiam uel quandam affectus proprietatem, partes facultatum initia obtinentes lędunt: uentriculi os quando uitalem facultatem ad consensum perducit, animi deffectiones efficit, quum uero eam quę proprię animalis appellatur, deliria, uel conuulsiones, matrix autẽ interdum anhelitus defectum, interdum neruorum distentiones: cæterum quum unusquisq; affectus completus est, simplex cognitio est ꝙ si paulatim inceperint, auctiq; fuerint, haud paucos medicos latent: quum uero ob magnitudinem, curari nequeunt, tunc eos non dignoscendum, haud secus ac idiotę, sed quũ incipiunt, fiuntq;, hoc enim pulcherrimum est, ꝙ si fieri hoc non potest, saltem prorsus quum augentur: Hippocrates itaq;, ut mea fert sententia uniuersa hæc hoc in contextu declarare uidetur, in quo ait, necnon quot affectus, spetiesq; uniuersas, natura, habitusq; noster, singulis parit, hoc quoq; in loco temperamentum naturam dicit, habitum uero ipsius corporis constitutionem, nam qui variores natura sunt, facile perhalitum digeruntur, necnõ in animi deffectum incidũt. At qui densiores sunt, in morbis lungo tempore permanent, ad eundem etiam modum partes, nonnulli quasdam frigidiores habent, quasdam calidiores, aliquas sicciores, aliquas humidiores, uniuersis autem proprius temperamento morbus.

47

Maius quidem peccatum eſt, ſi cuipiam labore, morbiq; acumine imbecillis redactus, aliquis potum, aut ſorbitionem ampliorẽ, aut cibum exhibuerit, ob uaſorum inanitionem imbecillem eſſe exiſtimando, turpe autem & ob uaſorum inanitionem imbecillem nõ dignoſcere, uictumq; amouere, ſane nec hoc peccatũ periculo uacat, altero autẽ lũge minus, longe uero magis altero deridendum, nam ſi alter medicus, uel idiota quoq; ingrediens, ac cognoſcens quæ euenerunt, tum cibum, tum potum exhiberet, quæ alter prohibuit, auxiliũ attuliſſe apertiſſime uideretur, huiuſmodi autem inſtituta ab hominibus maximam calumniam conſequuntur. uidetur enim ipſis superueniens medicus uel idiota, talem ueluti a morte liberaſſe.

Ob dolores ægri ſępenumero abſq; pulſu redduntur, animoq; deſſiciunt, atq; nullo motu moueri poſſunt: quę eadem morbi etiam acumine eueniunt, nonnulli uero ob ea facultate non laborant, ſed ob uaſorum inanitionem, quoquo pacto euenerit, ſiue ergo excretione ſenſui manifeſta, ſiue per halitum digeſtione, iſti protinus enutriendi ſunt, oppoſito modo qui ob dolorem, & morbi acumen, euacuatione potius interdum indigent, quàm repletione: isq; qui nutrimentum exhibet, maximum malum efficit, ꝙ ſi eos qui ob uaſorum inanitionem imbecilles euaſerũt, uictu prēmeret, lęderet quidem, ſed non eodem pacto manifeſtę aut uehementer, turpe tamen magis eſt, ob euacuationem imbecilles

ignorare, quàm ob dolorē, cętera cōtextus manifesta sunt.

48

Inditia quoque quibus eorum singula dignoscē-
dum de his conscribentur.

Hoc etiam in loco perinde ac parum superius, se alium de morbis acutis uolumen scripturum pollicetur.

49

His tamen quæ ad uentriculum pertinent, hæc quoque similia sunt: etenim si uniuersum corpus præter cōsuetum multum quieuerit, cō festim ualidius non euadit, quod si quum lūgiori tempore quieuerit, repente labores aggredi oportuerit, pessimum quippiam manifeste faciet, haud secus etiam uniuersa quæ ad corporis constitutionem eueniunt: etenim si pedes tale quippiam fecerint, aliaque articula laborare non cōsueta, si repente ad laborem peruenerint, neque aliter oculi, dentes cæteraque partes paterentur, nam etiam cubile, si præter consuetudinem uel molle, uel durum fuerit laborem parit, sub aere quoque præter consuetum cubatio corpus indurat.

Rursus ad propositum reuersus est, quum sermoni quem digrediendo de facultatis imbecillitate habuit, finem imposuerit, aitque, his quæ de uentriculo in supioribus dicta sunt quę hoc in loco dicentur similia quodāmodo esse: nā caput in quo repentinas mutationes ęgris magnum nocumentum inferre comprobat, in idem tendit. Cęterum quod hoc in loco scribit, huiusmodi est: quemadmodum uentriculus quū lungiori tempore a sua operatione prorsus destiterit,

recte

recte operare nequit, priusquàm paulatim rursus assuescat, propriasq; operationes aggrediatur: non secus quoq; uniuersum corpus, aliamq; unaquæq; partium: postea deinceps partes etiam nonnullas nominatim cōmemorat: At in fine sermonis cubili quoq; mutationem meminit: quod ab initio proposuit de consuetudinum mutatione h o c in loco adhuc comprobando.

et aliam

50

At horum omnium exempla scribere satis est, nam si quispiam quū in tibia ulcus habuerit, neq; ualde imensum, neq; ualde simplex, neq; ualde difficile, neq; ualde facile ad ulcus se habeat, confestim in primo die in curationis initio iaceat, haud quāq crus eleuet, inflamatione ad hunc modum non corripietur, longeq; citius pristinam sanitatem consequetur, q̄ si errans curaretur, si tamen in quinto, uel sexto die, uel adhuc superius, surgens incedere uoluerit, magis dolebit, q̄ si protinus ab initio errās curaretur, q si etiam repēte multum defatigeretur, lunge magis doleret: q̄ si illo modo curatus, hoc pacto in his diebus defatigatus esset.

De subita mutatione sermonem habet; perinde ac in superioribus in cæteris exemplis, haud aliter hoc in loco in ulcere: nam si quispiam inquit, ulcus in tibia habens, quū quiescere, iacereq; ei opus esset, lente deambulando circū iret. hoc enim significat errans curaretur, prorsus quidē lęderetur, sed minus eo qui quum in primis diebus quieuisset repente in quinto, uel sexto, uel adhuc superius, circa tertium uel quartum deambulare inceperit: Cæterum

nonnulli hanc dictionem superius in sequentibus diebus
nono septimo & octauo & uano diei arbitrantur, quos si hoc
eis placebat per E & Z litteras dictionis initium scri-
bere oportebat, ἐξωτέρω, non αὐωτέρω per α & υ
quale uero aiunt, tale etiam ulcus non interdum euenie-
tur, ut q̃tos septimo quispiam, uel octauo die, ambulare
inceperit quum prius quieuerit, haud parum lædatur, et
maxime dicere possem, si magnum fuerit ulcus, uel æger
difficile ad ulcus se habuerit, potius autem si ambo con-
currerent: q si neq; magnum ulcus neq; æger erga ipsum
difficilis fuerit, conueniens autem cura adhibeatur, hoc
etenim sermoni subaudiendum est, circa septimum uel
octauum diem recte se haberet, & ambulare absq; nocu-
mento posset: propterea igitur sermoni addidit, de ulce-
re ipso, neq; ualde immensum neq; ualde simplex, imper
mixtum uidelicet simplex appellãs, de homine autẽ neq;
ualde difficile, neq; ualde facile ad ulcus se habuerit: hu-
iusmodi enim si nihil aliud in curatione aberrauerit, ob
ambulationem tantum quæ moderate disponi debebant,
lædentur utiq;. non tamen adeo uehementer, ut si primis
diebus quiescendo, circa tertium uel quartum, uel quin-
tum, uel sextum deambulare incepisset: quemadmodum
rursus qui paruo ulcere affectus est, ualdeq; facile erga
ipsum se habet si primis diebus quiescendo circa quintũ
aut sextum deambulare cepisset, non maxime sed modera
te lesus fuisset, propterea ergo Hippocrates de eo quod
inter utraq; opposita medium obtinet locum sermonem
habuit, oppositionem autem att tum eam quæ in magno,
& paruo ulcere est, tum eam quæ consistit in eo quod ho
mo uel facile, uel difficile ad ulcus se habeat, dicere uero

altus immensum, uel magnum quemadmodum neq; paruum uel simplex nihil differre manifestum est: immensum enim uel ob loci naturam huiusmodi fit, magnum ob facultatem factum, et si corporis diuisione paruum sit, uel ob ipsam quoq; sectionis magnitudinem immensum fit: At simplex quod impermixtum, paruumq; est, aut ob loci naturam, quę parui momēti est, uel ob sectionem ipsam quæ parua: facta fuit.

51

Vniuersa igitur hæc ad inuicem prorsus attestantur, oīa lædere quæ repente longe magis moderato pmittátur, uel ad hæc, uel ad illa.

In uno quoq; exemplo propositum sermonem commemorat, ergo hoc quoq; in loco inde ulcere sermone idē egit, nā prorsus, idē significat quod omnino & semper.

52

Multiplex sane uentriculi læsio est, si ex multa uasorum inanitione repente plus iusto repleatur, reliquum etiam corpus si ex multa quiete subito ad maiorem laborem deduceretur, longe magis læderetur, q̄ si ex multa repletione ad uasorum inanitionem trāsmutaretur, his etiam corpus quiescendum si ex multa defatigatione confestim ad ignauiam, secordiamq; sese conuerterint, eorum quoq; uentriculus a cibi multitudine desistere oportet sin aliter laborem & grauitatem totius corporis efficies.

Quod omnium primo demonstrandum proposuerat hoc erat, de subitis uidelicet uētriculi mutationibus, deinceps ab ipso ad generalius quod etiam uniuersalius nominant,

transgressus, de uniuersa consuetudinis subita mutatione hucusq; disputauit, nam quum magis spetialia, in generalioribus, singulariaq; in uniuersalibus comprehendantur unà cum subita omnium mutatione uentriculi quoq; permutatio commostrata est. At hoc in loco rursus ad uentriculum deuentus, eius mutationum differentias edocet, aitq, multiplicem esse uentriculi læsionem in uictus mutatione, quũ ex multa inedia uniuersim plura quàm moderata ingerãtur, magis quàm si ex multa repletione ad inediam transmutatio fieret, quod rursus haud secus in uniuerso corpore fieri accepit, qui enim ex motu ad quietem permutantur minus læduntur, quàm quum ad motũ ex quiete: rursusq; hoc in loco haud oportunæ mutationis remedio adscribit, ut in superioribus, sed neq hoc ad propositum considerationem necessarium erat, quæ uero litteris prodidit, huiusmodi sunt, eos qui ex motu accioneq;, ad otium transierunt, quiescere consulit, hoc est uniuersum corpus quieti dicere, hoc autem idem cum eo „ est, ubi fames laborandum non est, his uero qui ex multa fatigatione ad quietem, pauciora offerri, quod rursus uẽtriculum quiescere est ueluti si quum nõ laboret, uniuerso corpori consueta offerret multitudinem aleret, unde uniuersum corpus grauabitur, laborabitq; cęterum labor hoc in loco significat nocumentum intellectum generaliter non paucis specificis nocumentis.

53

De mutatione ergo uel ad hæc, uel ad illa, plurimum sermonem habuimus, huius enim cognitio ad omnia utilis est: sed & de quo sermo habebatur, q in acutis morbis ex uasorũ ina-

nitione ad sorbitionem permutationem faciunt, ueluti enim ego iam iusci mutandum est postea sorbitionibus non utendum est, anteq̃, morbus fuerit concoctus, uel aliud quippiam inditium apparuerit, uel intestino euacuatorium, uel incitatorium, uel in præcordiis, qualia scribentur.

Rursus uniuersum sermonem ad unum caput ipse aggregat consulens in eodem pacto se habentibus uictum permutandum non esse, at his qui ex prospera ualetudine in morbum inciderunt permutationem quidem faciendum, non tamen ut cæteri permutant, deinceps uictus intentionem acutis in morbis, paucis declarauit, nã si morbus fuerit concoctus ad cremoris exhibitionem permutandum, iusciúq; si inconcoctus fuerit non permutandum esse, nisi quidpiam symptoma apparuerit, quod facultatem delere possit, uel amplioris uentris euacuationis uel cuiusdam alterius irritatione additi, uerum in communi irritationis nomine comprehendit uniuersa quę quomodocunq; facultatem imbecillem reddunt, in quibus etiam est acriũ humorum mordicatio, aut in intestino, aut in uentre facta hac præsertim eius ore, & uigilia, & ira, & tristitia, nec non quidam lumbrici ex intestinis ad uentriculum ascẽdentes, totiusq; cutis uel partium quoq; quarundam pruritus in nocte stimulans, ut non modo ipsa irritatione uerum etiam uigilia facultatem dissoluat, pręcordia etiam ait qualia scribentur, atq; hęc commõstrabunt, cibum offerendum uel non offerendum: fieri enim potest ut ambo subaudiantur, magis tamen alterum, quantum ad sermonis sequellam attinet, iubens enim a pisana esse abstinen-

dum, antequàm morbus concoquatur, quando uidelicet æger sufficere poterit, addidit, nisi inditium apparuerit uel intestino euacuatorium uel præcordia qualia scribẽtur: ueluti hęc interdum antequàm morbus concoquatur cremoris oblationem permitterent, fortasse uero pręcordia uehementer exsiccata, ualdeq; squalida ait, huiusmodi namq; contingunt, etiam cum pernitiosa facie quam inde præcognitione uolumine explicauit: de qua ait nares acute oculi concaui tempora collapsa, hunc enim inditiorum concursum pręcordium obtinet effatu dignũ depressum, quare nonnulli inexperti ea reuulsa esse existimando, decipiuntur, At uehementer ob siccitatem comprimi, reuelliq; ob inflammationem, idem non est: siquidem excedẽs corporis siccitas in diaphragmate, præcordioq; ampliorem tensionem parit: maxime autẽ attendere oportet, determinareq; a siccitate, inflãmationẽ. Curatio etenĩ differt, nam ob inflãmationem ad hunc modum se habẽtibus, tenuissimo uictu opus est, ob siccitatẽ uero opposito, ĩ qua sæpenumero exiguũ p tisanæ cremorẽ exhibemus.

54 et ultimus.

Vehemens uigilia, potus & cibaria tum cruda, tum indigestiora efficit, atq; rursus ad altera permutatio, corpus dissoluit, necnon concoctionem capitisq; grauitatem inducit.

Hoc uolumen in bibliothecis repertum post Hippocratis in tertium editum esse in lucem, plerunq; excogitaui, nam prauus sermonum ordo haud aliter quàm hoc pacto factus esse uidetur, adscriptis quidem in libro exemplis ab Hippocrate inuentis, ad uniuersalis fidem: quibusdam retro, scriptore autem proprium unicuiq; ordinem assi-

ante glusdi

gnare nequeunte: id ergo quod in proposito contextu dictum ab eo est, prauum ordinem manifestissimum obtinet, non enim hoc in loco, sed parum superius eius opportuni as fuerat, in eo sermone in quo de præter consuetudinem ad opposita mutatione exempla scripsit, quibus etiam hoc addere oportebat, quum ad uigiliam inconsueta mutatio, quæ offeruntur cibaria potusq; indigestiora efficiat, ad somnum autem multum, inconsueta mutatio humectandi uim obtinens, corporis mollificationē, capitisq; grauitatem, quam enim dixit coctionem, & dissolutionē & capitis grauitatem, uno uerbo compræhendendo roboris dexunctionem declarat: sed concoctionis quoq; nomen ad demonstrationem accedit, quę ob calidam humiditatem fit non ob siccitatem: si quidem uigilia per halitum digerere exsiccareq; potest, in profundo autem non concoquere, somnus uero humectare, & spiritum, necnon defluxus detinere: rationi itaq; consentaneum est uaporosas superfluitates in eorum corpore abundare qui præter consuetudinem plurimum dormiunt atq; propterea uniuersam eorum constitutionem reddi exolutam, non secus quàm ea quę concoquuntur.

Finis secundi libri.

LIBER
CLAVDII GALENI PERGAMENI IN librum Hippocratis de uictu in morbis acutis commentarius tertius, Paulo Iuliario medico Veronensi interprete.

Textus primus.

VInum autem dulce, & uinoſum, & album & nigrum, & mulſam, & aquã, & oxymel, acutis ĩ morbis his ĩditiis diſtĩguere oportet.

Vinorum enumeratio non modo abſq; ordine uerumetiam diminute facta eſt, eorum enim una differentia a colore aſſumitur, altera aguſtus qualitate, tertia a conſiſtentia, quarta ab odore, nec non quinta a facultate: differentia quidem a colore aſſumpta, in album, nigrum, fuluum, flauum, atq; rubeum ſecatur, aliæ prẹterea in medio differentiẹ ſunt, quẹ ut in colore, haud ſecus in facultatibus commixtæ ſunt, uinorum autem differentia aguſtu orta: in dulce & auſterum diuiditur, atque hoc quoq; in loco in amborum medium, quod neutram qualitatem manifeſtam obtinet, & adhuc quod ex utriſq; qualitatibus miſcetur, necnon quod acre appellant: A conſiſtentia uero uinorum differentia in aquoſum & tenue & ualde craſſum ſecatur atque in eorum medium: quæcunque ad hæc in medio medij ac externorũ ſunt: At ab odore uinorũ differẽtia aſſumitur quatenus nõnulla bonũ odorẽ obtinent, nonnulla haud bonum, ſed quandam percutientem & iniucundam qualitatem detinent, aliqua autẽ prorſus odore carent, & ſicut aqua odorem non præſeferunt, a facultate uero uinorum differentia, quatenus hoc ualidum il-

lud imbecille alterum medium est, sed et aliud in medio medii & extremorum collocatur: ualidum quidem est, quod uehementer, citoq; corpus calefacit, et caput replet imbelle uero oppositum, media autem manifesta sunt, si ab extremis seiungantur: Cæterum uinum ualidum, uinosum, imbecille aquosum appellatur: in quo enim uinum aquam excedit, id quum in aliquo uehementissimum esse conspicimus, merito uinosum uocamus, ut aquosum oppositum, quia aquæ præsertim in omnibus assimilatur, et tenuitate & colore & odoris defectu, necnon quia manifeste non calefacit: hæc quidem uinorum differentiæ a propria natura sunt, nonnulli autem a tempore differentiam addunt: quia nonnulla effatu dignum antiqua sunt, quædam noua aliqua in medio horū: uerum huiusmodi noua aliqua in medio horum: Verum huiusmodi differentias exteriorum accidentium esse, manifestum est: quantum enim in tempore acriora calidioraq; fiunt, una cum his, & colorem & consistentiam & odorem mutando, tantum in uinis differentiam tempus efficere uidetur ꝙ si nihil horum permutaret, antiquum uinum aut nouū a nullo diceretur: sed neq; nunc ad hunc modum aiunt, quia eius annis prima ratione indigeant, sed ut unà cum annis facultatem ostendant, non enim a tempore utilitates nocumentaq; uina obtinent: Verum ex harum propriarum differentiarum permutatione: per accidens ergo nō proprie nec primo in uinorum differentijs tempus commemoramus: præterea propriarum eorum differentiarum, nonnullę tum ad utilitatem tum ad nocumenta propria ratione referuntur, aliquę haud propria ratione sed ab accidente, dulcedo quidem & austeritas propria ra-

stione, non secus ualiditas & imbecillitas, & tenuitas, & crassicies, quæ uero a colore, odoreq; non primo sed per accidens quoniam uinorum nonnulla aquosa sunt et alba, & fulua, & nigra aliqua aquosa et absq; odore perinde ac aqua, uel boni odoris, haud secus quàm aromata unguētaq;: si igitur uinorum hæ sunt differētię, tum a propria ratione tum ab accidente numeratæ, propositi contextus ordinis numeriq; defectus manifestus est: At si insequenti sermone Hippocrates uniuersas utiles differentias commemorare uidebitur eius enarrationis defectui ignoscæmus.

2

Dulce quidem minus uinoso capitis grauitatē parit, minusq; mentem pertingit, necnon altero magis per intestina descendit; lienem autē iecurq; in tumorem attollit, neq; amara bili abundantibus, accōmodatum est, his etenim sitim excitat, superius præterea intestinū inflat, in inferiori quo ad flatus rationē attinet infestum non est, flatus enim a dulci uino ortus non admodum descendit, sed in præcordiis diu moratur.

Vinum dulce agustus qualitate appellatur, a qua austerū acreq; est, ut aquosum dimittamus quod non prorsus ab astringendi facultate semotum est: quàmquàm eam qualitatem imbecillem prorsus obtinet nam si aquæ id confe ras ex comparatione gustu percipies huiusmodi uina exiguam astringendi facultatem detinere: uinum autem aquosum homines uocant quod colore & consistentia aquæ assimilatur, perspicuum namq; perinde ac illa &

splendens & purum, & consistentia tenue apparet: confestim autem facultate quoq; aquæ simile est, quum neq; imbecillia capita, neruosq; debiles pertangat, neq; aperte calefaciat, sed alio in loco de hoc sermonem habebimus: Vinum ergo dulce agustus qualitate ad hunc modum appellatur: uerum tum colore tum consistentia ab aqua admodum seiunctum est, neq; enim exquisite tenue, neq; album uinum dulce unquàm uisum est: At magis minusq; a dictis semotum est, neutrumq; ipsorum obtinet: dulcia ergo uina maxime thereum ac scybelites quæ ambo tum crassa tum nigra sunt, dulcia quoq; sunt quæ in mæonia oriuntur therinum & carynum crassitie nigredineq; tantum ab his differentia, quantum etiam dulcedine deficiunt, id etiam quod coctum sireumq; appellatur, ex musto decocto confectum, quantum a dulciori uino fit, tantũ & colore nigrius & consistẽtia magis crassum apparet, in quarto autem de simplicium pharmacorum facultatibus uolumine demonstratum est, omnem dulcem saporẽ a caliditate fieri, non tamen quæ immoderata, uehemẽsq; sit perinde ac acris, in uehementer calefaciẽtibus, nam ab his acris sapor separari nequit, sed uinũ dulce in usu moderate calefacere uidetur, sitimq; cit, ob caliditatem & crassitiem haud secus mustum quanto lũgiori tempore ad ignem permanet, tantum crassius nigrius ac dulcius euadit, quod tamen nimium decoctum est ad amaritudinem cõuertitur, ueluti etiam mel, quàmquàm omnium dulcissimum est, nihilominus hoc quoq; ob plurimum coctionẽ amaritudinem adipiscitur: sed ut dixi, in uno uolumine quarto de simplicium pharmacorum facultate de uniuersis gustus qualitatibus dictum est: atq; hoc in loco quem-

admodum in cęteris librorum Hippocratis interpretatio-
nibus, non demonstrationes sed conclusiones tantum ipso-
rum conscribo, quum igitur uinum dulce uiscera calefa-
ciendi uim obtinet: sitq; ueluti dictum est, in consistentia
crassum, particulares eius facultates quas quum propina
tur ostendit secundas qualitates insequuntur, nam color
propria ratione ad utilitatem, uel nocumentum nullam
obtinet uim: quantum itaq; huiusmodi uinum, consistentia
crassum est, tantũ quoq; tarde penetrat, proinde non mo-
do partes obturatas non resserat, uerumetiam opilationẽ
adauget: quo fit ut iocinori affecto maxime aduersetur,
& praesertim quum in hoc fuerit uel phlegmon, uel du-
rus abscessus (quem scirron gręci uocant) mediocrius au-
tem nocumentum parit, quum a crassis humoribus iecur
obstruitur, uel ob imbecillitatem patitur, sicut in affecti-
bus qui proprie iocinorosi appellantur, at post iecur, a
crassis uinis lien deinceps lęditur, nõ tamen pulmo, quã-
do in cauis crassum humorem habet, in iocinore enim ex
latis ansis quae in portis sunt, ad angustos peruenit termi
nos, qui in eius gibosis, concauisq; partibus sunt ubi etiã
omnium quę ad uniuersum corpus distribuuntur tran-
sumptio fit: at in pulmone oppositum euenit. per multas
enim uenas delatum praeparatumq; in latis canarum lo-
cis incidit, primo quidem in magis exiguis ex illis autẽ
ad maiores suscipitur, crassos quoq; humores secum defe-
rendo, quibus non modo calidius uerum etiam tenuius:
est: didicisti autem ex tussibus pulmonem crassos, uisco-
sosq; humores purgare, quicunq; enim aquosi sunt exqui-
siteq; tenues, spiritui qui in tussibus emittitur circumfluũt
hic n anq; ueluti manus est crassos humores secum deferẽs

at humorum crassitiem tantum esse conuenit ut a spiritu sursum deferri possit, nec ut cęnum canis cõplicetur, propterea etiam crassos humores tusces non purgant, manẽt etenim, intusq; ad instar uisci in canis detinentur: pharmacis ergo quæ ad crassos humores in pulmone cõtẽtos educendos accõmodata esse debent, moderata humiditate opus est: at quum humores uiscosi sunt, non modo humiditate, uerumetiam abstergendi facultate, quæ a cibis saporibus prouenit, ac proinde ad crassorũ humorum expuitionem, mulsa maxime accõmodata est, oxymel autem uiscosis, consequenter uero ad mulsam ptisana est, deinceps uinum dulce sequitur, si quum abscessus in pulmone, morbusq; lateralis concocta fuerint propinetur: non inflammatis adhuc corporibus, quia si qui huiusmodi uinum potauerit sitibundus fuerit, ad expuitionem minus accommodatum reddetur: sed ut summatim dicam uinum dulce acutis in morbis ad expuitionem accõmodatum est, tum ob eius dictas operationes, tum ob omnibus uinis cõmunem rationem, quia facultatem corroborant, præsertim autem his qui quaslibet humiditates in pectore, pulmoneq; contentas expuunt, nam inde præcognitione uolumine, ubi eorum quę expuuntur differentias declarat, ea consistentia & qualitatibus & facultatibus, uaria esse didicisti: uerum huiusmodi uinum, quum febrientibus exhibetur, nullum aliud bonũ obtinet: At minus uinoso, quod uehementer calefacit, lædere poterit, nullum autem aliud bonum præter dicta in eo reperitur: nõ enim exiguũ quidpiam in uentre contentorum comprehendit, propterea igitur Hippocratis quum minus lædentibus doctrinę initium constituisset, quæ multa sunt in fine sermonis ad pro

dicens

prias ipsorum facultates quę paucę sunt, pertransiuit: eius ergo dictiones insequendo dicta aggrediamur: minus mentem pertingere ait, quàm ualida uina, hoc est minus deliria efficere, nam ualida uina, quum uehementer calefaciendi uini obtineant, & humoribus, & uaporibus, et caliditate, caput replent: quãtum igitur uina dulcia a uehementi caliditate semota sunt, tanto minus capitis grauitatem, mentisq; nocumentum pariunt, cæteris autem magis per intestina ea descendere ait, uisceraq; in tumorem elleuare, hoc est uiscerum magnitudinem augere, parum superius de his sermonem habuimus, his quoq; qui amara bili abundant uinum dulce accõmodatum non esse ait, hoc est quibus amara bilis coaceruatur: medici enim simpliciter bilem appellare consueuerunt et igneam colore, & flauam, nigram autem bilem, tantum hoc dicendo: nõ simpliciter bilem, sed hęc acetosa est flaua uero amara, et proinde Hippocrates eos picrocolos nominat, quibus huiusmodi bilis abundat, quę quum aquosis humoribus permiscetur, tum liquidissima, tum ignea colore uidetur, quum uero sola est, crassa flauaq;: cęterum temperaturæ quę huiusmodi bilem gignunt, calidę siccæq; sunt, ad cuius generationem uniuersi dulces sapores accõmodantur, propterea q; mel quod omnium dulcissimum est, maxime omnium in bilem conuertitur, deinceps dulcia uina: non modo autẽ quia multa caliditas huiusmodi sapores amaros reddit, uinum dulce febrientibus non conuenit, et prę sertim quum calido siccoq; temperamento fuerint, uerũ etiam quia quum crassa sint, neq; ad urinam cito trãseũt, neq; cito per halitum digeruntur, quapropter neq; unà cum his biliosos humores educunt, neq; euacuant, unum er

go tantum bonum his inest, quia uentrem subducunt, quare nisi hoc facerent prorsus lęderent: ad hęc enim sitim excitant, quod ea facile in bilem uerti declarat, huiusmodi uero flatum quoq; parere ait, nam quum crassi humores calefacti sunt, flatum semetipsis haud absimplex, tum uaporosum, tum crassum gignunt: quod autem flatuositates generat huiusmodi est ut in tenuibus uinis neq; flatus gignitur, ꝙ si interdum generetur tenuis & aereus non nebulosus uaporosusq; esset: inferiora uero intestina uinũ dulce lædere non ait, siquidem flatus qui ab eo oritur tarde descendit ac in præcordijs diu moratur, ratio autẽ ob quam non ualde intestina perturbat huiusmodi est: quia tãdiu in præcordijs moratur, ꝙ concoctum attenuatumq; perfecte est: ꝙ si semel concoctum est, tum penetrabiliorem, tum tenuiorem in partibus flatum obtinet, proinde qua ratione a superioribus partibus deorsum pellitur, eadem quoq; ab his extra mittitur.

35

Prorsusq; minus q̃ uinosum album lotium ciẽdi uim hoc obtinet.

Quod uinosum album appellauit consideremus: nam in superioribus uinũ uinosum esse cõgrueq; dici, quod aquosis opponitur, dictum est, ualde itaq; calefaciendi, caput replendi, delirium pariendi, necnon febrilem caliditatẽ augendi facultatem habere oportet, At huiusmodi uinum album non est, neq; quum nouum neq; quum antiquũ est: quoniam neq; aliud quippiam antiquorum uinorum album permanet, quãmuis ab initio huiusmodi maxime fuerit, sed semper magisq; se ipso fuluius euadit, & deniq; flauum: Hippocrates itaq; quod austerum est album ui-

nosum dixisse uidetur, quod neq; ipsum urinam cit, at si quidem crassum fuerit, huiusmodi in præcordijs diu moratur, φ si nõ crassum, neq; multo tempore moratur, sicut nigrum neq; eodem pacto atq; alba unà moderateq; austera ad urinam penetrat, nam hæc lotium ciendi facultatem obtinẽt, quia utranq; speciem auffugiere, tarde ad lotium penetrandi, & ad aquam pertinentem quam ob frigiditatem passa sunt, & eam quæ ad uinum nigrum attinet, ob crassitiem: uinum namq; album & austerum inter uina nimiam caliditatem obtinet, propterea q; in uẽtris fluxibus accõmodatum est, non tamen huiusmodi sufficienter, urinam cit fortasse uero huic nigrum conferens, minus lotium ciere ait.

minima

45

At dulce magis q̃ alterum sputum promouet.

Quale alterum ait: utrũ quod propositũ est, cum quo dulce conferendo dixit, prorsusq; minus quàm uinosum lotiũ ciendi uini hoc obtinet: an non hoc tantum, sed simpliciter omne quod dulce non est: cæterum quum hoc, quantũ ad contextus rationem attinet, immanifestum sit, quumq; magis rationi consentaneum esse uideatur eum de uinoso albo hoc in loco sermonem habere, altera rursus obscuritas accedit, quia quod uinosum album sit, manifestum ualde non est, nunquid quod uehementer calefacit, an ualde astringens quod etiam acerbum græci appellant, magis autem moderatum austerum: quoquo pacto ad dictionem pertinentia se habeant, ego propositę scripturę ueritatem dicam: uinum dulce omnium maxime uinorum sputum educit, quum uehementer crassum non fuerit, ut quũ non ualde ad fuluum secesserit, ut ab eius crassitie dulcedineq;

dineq; deficiat, fuluum autem quum uehementer calefaciendi uim obtineat, ad febris utilitatem prauum est: Verum quod post uinum dulce, non ualde crassum ad eorũ quę in pulmone continentur eductionem cõuenit, uinum aquosum est, quum & facultatem coroboret, & humores humectet, necnon moderate incidet, quod febrientibus omnibus cęteris uinis magis absq; discrimine perhibetur.

5

Quibusq; si bibatur sitim excitat, his minus educit q̃ alterum uinum: At quibus sitim nõ parit, magis altero sputum promouet.

Alterum uinum hoc in loco dixit quod sitim prorsus non excitat; sed qua ratione uinum sitim promouens, minus sputa educit, si dicta memineris facile inuenies, uinum enim dulce propinantibus sitis permanet, quia ignea caliditas in ipsis malignior est: Cæterum quum huiusmodi sit, sputum exsiccando id tum crassius tum uiscosius efficit: at tale sputum cum difficultate excerni nulla ratione indiget.

6

Cæterum albũ uinosum sani inde dulci uino sermone magna ex parte, maximeq; tum laudatum tum uituperatum est, quũ autem magis altero ad uescicam pertranseat, urinamq; tiendi purgãdi uim habeat semper in his morbis plurimas utilitates afferre potest, nam q̃q̃ ad cætera minus altero accommodatum est, nihilominus per uescicam purgatio ab ipso proueniens si ueluti oportet exhibeatur, liberat, perpulere hæc certæ coniecturæ uinorum

nocumenti, & utilitatis sunt, quas maiores nostri ignorarunt.

De hoc uino sermonem habui, in ea uoluminis parte in qua de uino dulci loquebatur: quia eorum facultates comparauit, & per oppositum ordinauit, dixiq; haud paruum quę situm esse, siue album unà austerumq; uinum, uinosum album appellauit, siue quod uehementer calefacit inter alba uina, nullum enim uinum album uehementer calescere potest, summe namq; calidum uinum confestim quoq; flauum est: perinde ac quod id sequitur fuluũ, deinceps rubeum postea dulce: At album minus quidem his omnibus calefacit, particulares autem differētias obtinet, tum in cæteris uniuersis spatijs, tum secundum magis & minus, huiusmodi uero uinum ad uesicam facilius dulci pertransire in superioribus dictum est: ad cætera minus dulci conuenire ait, sunt autem hæc uentris subductio & sputorum eductio, Hasq; perpuleras certas coniecturas esse dixit, hoc est uinorum facultatis inditia.

7

Vino autem fuluo, nigroq; austero, his in morbis ad hæc uterer, si neq; capitis grauitas neq; mentis sanctio adesset, neq; sputum in ascensu prohiberetur & lotum detineretur, alui autẽ excrementa humidiora & magis ramentosa fuerint, in huiusmodi itaq; ab albo aliisq; id genus permutationẽ facere maxime cõuenit.

Vinum dulce confestim quoq; nigrum est, non tamẽ omne nigrum statim quoq; dulce est, at ex his nonnulla austera sunt, qualia apud nos in Asia propè pergamum et in perperina & Ega: uerum anabates quod in Sicilia ori-

tur austerum unà dulceq; est: ex oppositis qualitatibus compositum: proinde etiam prauum est, quũ neq; ad ascẽsum neq; ad descensum utilitatem præstet ex parte in superiori uentre permaneat, flatumq; in eo gignat, quod tamen absq; dulcedine uinum nigrum austerũ est, ad uẽtrem utile est, quũ uel plura quàm cõueniat ex eo subeũt uel ramentosa, tunc enim accommodatum est: ut etiam uinum album austerũ, cęteraq; pharmaca, quęcunq; astringendi uim habent, ad hæc fuluum quoq; conuenire ait, nõ simpliciter omne fuluum dicens, sed fuluum austerum: in ambobus namq; intelligendum quod in contextus initio dixit, uino autem fuluo, nigroq;, austeris, ad hæc uterer: nam duplex fuluum, perinde ac nigrũ, aliud dulce, aliud austerum, quum tertium quæq; ob his diuersum sit, ex ambarum qualitatum mixtione: Verum quod unam obtinet qualitatem, in utroq; colore bifariam inuenitur, at fuluum caput mentemq; magis pertingit, quia etiam nigro calidius est, eadem ratione febres adauget, his enim sola uina aquosa accommodata sunt: merito ergo austeris uinis uti prohibuit, siue fulua, siue nigra colore fuerint, at in capitis grauitatibus, mentisq; nocumentis, hoc est, quũ febris ipsa pertingerit, atq; ad hęc in his pectoris pulmonisq; morbis in quibus sputum detinetur huiusmodi uina non conuenire ait, necnon quum urinæ suprimuntur, ob crassitiem uidelicet, & astrictionem.

8

Id uero neminem latere debet, superiora uniuersa, quæue secundum uescicam sunt, minus lædere, si magis aquosum fuerit: at si meratius, ea quæ secundum intestinum magis iuuare.

Vinum meratius ut dixit, intestino magis accommodatum est: merito ergo astrictionis ratione id iuuabit, ob quam omne etiam auxilium obtinuit, sed hanc astringendi uim, quum aquæ permixtum est, exoluit: atq; proinde minus id iuuabit: uerum ueluti quum meratius fuerit, astrictionis ratione intestinum maiorem utilitatem ab eo consequetur, haud secus pectoris capitisq; partes lædet, hæc sunt quæ declarauit ad hunc modum scribens, superiora quidem uniuersa lædit quoq; corpora per lotium purgāda in omnibus enim excretionibus uinum austerum euitari debet: posteaquàm Hippocratis hęc de uinis protulit, cōfestim ad mulsam accedit, Cętera quidem ferè uniuersa ad uina pertinentia: demonstrauit: at unum in discussum reliquit, quod ego extra propositum percurri, uinum aquosum febrientibus maxime accommodatum esse, est autem hoc album colore, consistentia tenue, nullam obtinēs qualitatem earum quæ in cæteris uinis reperiuntur neq; austeritatē, neq; acerbitatem, neq; dulcedinem, neq; acrimoniam, neq; odorem: huiusmodi enim tantum omnium uinorum & malitijs in aqua repertis, & his quæ in uino fugienda sunt, caret: Cęterum in unaquaq; regione nonnulla huiusmodi nascuntur, in Italia quidem imbecille sabinum quod febrientibus quoq; exhibent, in Asia autē tum titacenum, tum tibinum: sed quum eius inditia didiceris, in unaquaq; regione huiusmodi uina inuenies, in his locis in quibus ualde tenuia aquosaq; uina oriūtur: enimuero ego et in Sicilia & phinicæ & palæstina & Scyro & Creta huiusmodi uina comperi; uerumtamen ueluti dixi in uniuersis locis conspeximus, et quod magis admiratione dignum est, in Egypto quoq;, nam crassa uina &

quæ odorem obtinent & uehementer ualida in calidis locis oriuntur: At in Italia Bithynia & Asia, nihil mirũ est haud pauca aquosa generari: Cæterũ quæreret quispiam qua ratione Hippocratis hoc in sermone huiusmodi uinorum propietates prætermisit quàmuis febre correptis cæteris uniuersis iucũdiora sint: haudquaquàm enim hoc dicendum est, huiusmodi uinum ignorasse: ipse siquidem parum inferius, quum de mulsa sermonem habet, hęc scribit, sed uino quoque tenui, & paucifero, & absq; „ odore interdum ualidior, interdum imbecillior est: hæc litteris prodidit comparando mulsum uino tenui & paucifero, hoc est quod paucam aquam ferre potest, necnon absq; odore est: aperte ergo & exquisite quum uini uinosi inditia dixisset, necnon caput mentemq; attingere protulisset, aquosi quoq; quod ei opponitur, doctrinam idoneam esse putauit, quum opposita ei inesse ratiocinari possimus.

9

Cæterum mulsa per totum acuti morbi decursum, propinata, amara bili abundantibus, & magna uiscera habentibus: minus prorsus accõmodata erit, q̃ his qui huiusmodi nõ sunt.

Hoc quod dixit per totum morbi decursum, sed de his morbis sermonem habere declarat, in quibus antequàm morbi uigor pręterierit, cremore enutrire, non conuenire edocuit: nam si quum æger acuta febre correptus est, neque quispiam pectoris pulmonisq; affectus aderit & facultas ualida fuerit, necnon morbis quintum diem pertransire non debet, mulsa sola, epota satis est, ut æger sufficiat, cæteris ergo uniuersis in his morbis mulsa maxime accõ-

modata est, at amara bili abūdantibus minus utilis est: nā in his in bilem conuertitur, nisi prius uel ad intestinum, uel ad uesicam pertransierit, quę si pertransierit nō modo non lædet, uerum etiam ab ea maxima utilitas sequetur, biliosa enim excrementa secum educit, in hoc itaq; sermone unà quoq; eius temperamentum demonstrauit, huiusmodi namq; naturis magis aquosam eam exhibere cōfert, ne sitim excitet, neq; in bilem uertatur: cæterum ueluti amara bili abundantibus haud secus magna uiscera habentibus, ipsam non conuenire ait: hoc autem in loco magna uiscera obtinentes, eos qui a natura magna uiscera habent, non dixit: sed eos quibus ab aliquo affectu in tumorem elleuata sunt, indurata & inflammata & hidemate oppressa praua enim in his fit, quum ea cito pertrāsire nequeat, facileq; in bilem conuertatur, & præsertim in inflammationibus ob caliditatis copiam, quemadmodū in cæteris præter naturā tremoribus minus aduersat.

IO

Minus tamen uino dulci sitim parit, nam pulmonē lenit, sputa moderate educit, & tussim sedat, quandam enim abstergendi facultatem obtinet, quamagis q̃ cōuenit sputū deuiscat.

Cur minus uino dulci sitim promouet, in superioribus diximus, quum demonstrauimus ꝙ quantum dulcedinis habent, tantum in bilem facilius conuertuntur, quantum autē tenuior est, faciliusq; penetrat ut per omnia loca pertrāsire possit, mulsam in hoc minus ipso sitim ciere, ueluti si ampliori tempore in uentre permanere, etiam ipsa non minus uino dulci sitim promoueret: Hoc quidem ipsi raro contingit, citius autem uino dulci Venerem uniuer-

sumq́ intestinum pertransire, & adhuc iecur usq; ad renes, uesicam non raro: sed semper mulsæ inest, propterea ergo minus uino dulci sitim cit: cæterum Hippocratis ad hunc modum non dixit: sed idem altero modo, ex quibus in pulmone operatus est, eius facultatē ostendens: nisi enim pertransiret: eiusq; uias humectaret, hæc nō faceret, mulsam uero sputum educere non simpliciter dixit, sed moderate addidit, nō enim admodum educit, ut oxymel, tussim tamen sedandi obtinet, quod oxymel nequaquàm habet id nāque tusses excitat, ob uehementem abstersionem stimulans exasperansq;, et mulsa, et præsertim aquosa, exigua abstergendi facultate participet, huiusmodi autem sinectica etiam appellātur, atque ab ea Hippocratis hoc in loco nomen smegmatodes fecit, quum de mulsa scriberet: quod abstergendi facultatem mulsam obtinere significat, quadam enim abstergēdi facultate prędita est, indicans quadam addendo, eam moderata abstergendi facultate participare, quum paruitatem declaret, quibus ad hunc modum additū est, hæc itaq; exigua mulsę abstergendi facultas non quia abstergendi facultas est, propterea sputum deuiscat, sed quia exigua est, nam in uiscoso sputo abstergendi facultatem uehementem esse oportet, si uiscosum sputum canis pulmonis adherens abstergere debet, φ si in pectoris pulmonisq; medio huiusmodi coacervatum fuerit ut recte expuatur, longe magis incidendi, abstergendiq; facultate opus est, quę & subcingentem membranam abstergat, necnon humorem incidet, attenuetq;, fieri enim non potest: ut aliter talis humor transmutetur, ob membranam uiscera cōtinentem, ad asperas pulmonis artherias: haud recte ergo contextu usus est, quā-

dam enim abstergendi facultatem obtinet, quod deinceps dicitur, qua magis quàm conueniat sputum deuiscat: melius enim dixisset: quadam enim exigua abstergendi facultate mulsa præditum est, quæ sæpenumero magis quàm conueniat sputum deuiscari permittit, non enim ob mulsam sputum deuiscatur, sed hoc huiusmodi sputo proprium est: mulsa autem nihil iuuat: sed huiusmodi excrementi naturam manere permittit, propterea ergo melius fuisset dicere, uiscosum sputum nullam utilitatem consequi, non a mulsa huiusmodi fieri, nam deuiscare quod ab Hippocrate dictum est, sputum a mulsa huiusmodi fieri significat.

II

Satisq; lotium mulsa promouet, nisi uiscerum aliquod prohibeat.

Diximus etiam in superioribus mulsam quia uniuersas uentriculi renumq; uias cum facilitate pertransit, lotium ciere, affecto quoque iocinore eam propinari non conuenire demonstrauimus, lædit præterea lienem inflammatum longeq; magis intestina, & uentriculum: cito enim ab inflammationis caliditate ignita in bilem permutatur, celeriter n. āque ob dulcedinem uiscera melle gaudent, ueluti etiam uentriculus, quare citius uniuersiusq; attrahitur, etenim cætera quoque dulcia eodem pacto sese habere, hoc quispiam ratiocinari posset: q sicut ad uentriculum se habent, haud aliter quoque erga uiscera, uentriculus autem his uoluptate affici uidetur: nam post eorum potionem aperte quodammodo lætatur ab assumptis, quēadmodum rursus contristatur ab exasperantibus, & amaris, non modo dum assumuntur, uerumetiam post assum-

ptionem usq; ad quoddam tempus, unde nullus ea offert nisi interdum ut pharmacum ob humores qui præter naturam in uentriculo coaceruati sunt, at quum naturalem dispositionem obtinet, huiusmodi uniuersa ei infesta sunt, sola autem dulcia amica, in eo præter ea quod guttur appellatur, ex propinatis dulcibus maxima uoluptas oritur, quum eo in loco corpus huiusmodi humori familiare habeat. At hoc idem corpus est, interna etiam uentriculi tunica ueluti quoq; quæ linguam ambit, sed in hac efficacissimum dulcedinis sensum obtinet, in gutture uero uoluptatis, in quo sensus manifestus confestim fit, necnon in uẽtriculi ore, quum a propinatis dulcibus uoluptate affectum est, quando animal naturalem dispositionem detinet: haud secus itaq; rationi consentaneum est, uiscera lætari, dulci sapore, eiusq; plurimum attrahere, eo tempore quo in secunda ualetudine sunt, & assumere, & nutriri, eo uero quo febriunt, inflammataq; sunt, eum in bilem permutare: uidentur quoq; ficeta appellata a caricularũ cibo maxima, suauiaq; fieri iocinore aperte a dulcium cibo recte enutrito, sed in inflammationibus, febribusq;, nõ in nutrimentum, sed in bilis generationem horum oblatio permutatur, quum febrilis calor exuberet, naturalis autẽ qui ob rectam temperiem obtinebat deficiat.

12

Biliosa quoq; excremẽta per aluum magis educit, quæ interdũ bona sunt, nõnunq̃ plusq̃ cõueniat, abundant spumantq;, tale autẽ potius euenit biliosis & uiscera magna obtinẽtibus.

Ad memoriam reuocemus superiorem contextum in quo mulsam cum uino dulci conferendo ad hunc modum scri-

" psit, minus tamen uino dulci sitim promouet, ergo hoc quoq; in loco eam magis aluum ciere dixit, nam uinum dulce etiam biliosa excremēta per aluum educit, sed mulsa interdum biliosa bona subducit, interdum uitiosa quę biliosa satis pura sunt, igneam colore uel flauam & crassam bilem obtinentia, hæc uero spumam assumunt, sæpe numero eadem ratione qua uehemēter igne calefactis spuma floret, nec raro humidis a flatu agitantis horū quod prius dixi exuberantis caliditatis inditium est, secundū organorum angustiæ, flatuosiq; spiritus retenti perturbationis, et transitum haud facilem retinentis: huiusmodi autem biliosa magna ex parte subeunt in febribus coliquantibus, in quibus aduersissima, maximeq; lædens omnium ferè est, mulse potio, perinde ac oppositum frigidæ aquæ potio maxime utilis: Cæterum huiusmodi ægestio, natura biliosis, hoc est immoderate calidi a mulsæ magis fieri ait, necnon in morbis in aliquo uiscere phlegmonem habentibus cōmune enim nomen eorū quę phlegmone affecta sunt, proprium factum est, non enim ob durum abscessum, uel hidema febris accenditur, in acutis ergo morbis de quibus sermonem habet, quum in uisceribus tumor oritur phlegmonem esse manifestum est, non hidematis nam duri abscessus symptoma hosq; hoc in loco magna uiscera habentes appellauit.

13

Aquosa uero mulsa sputum educēdi, & p ulmonem leniendi facultatem magis obtinet, spumosas tamen deie ctiones ac magis q̄ conueniat satis biliosas, & colidiores, pura potius aquosa educit.

Dictum quoq; in superioribus est, ꝙ quum acutis in morbis mel in bilem cõuertatur, nosq; propterea lędat, aqua autem quum tarde penetret, plurimumq́; in præcordijs permaneat, ideo euitanda sit, ex ambobus, mixtum accommodatum sit, in huiusmodi temperamento compositum: quando ampliori aquæ tantum mel mixtum fuerit, ꝙ & penetrare faciat, & ad distributionem ipsam perducat, nam ipsa ad hunc modum temperata fuerint, & lotia facilius penetrabunt, & sputorum excretio citius fiet, ꝙ si multum mel permiscueris sitim excitabit sputumq́; deuiscabit: atq; propterea aquosas mulsa magis accommoda tu est, tum ad sputorum eductionem, tum ad lotiorũ transitum: At magis pura, ad uentris deiectiones, nam quanto magis irritabit, tanto magis citiusq; ipsas subducet, quinetiam per clysteria iniecta quanto purior fuerit tanto magis huiusmodi excernendi uim obtinebit, atq; satis biliosarum, hoc est quæ sufficienter huiusmodi existunt, et spumosarum deiectionum causa erit: nam talia magis euellit mordicando, abstergendoq; intestinũ, ipsaq; præterea in flauam bilem permutata ob id quoq; biliosarum egestionum multitudinem unà adauget, unde eius usum nõ laudat, quod manifestat addendo, ac magis quàm conueniat satis biliosas, nam magis quàm conueniat, pro magis quàm congruum sit, dicere consueuit: spumosas autẽ deiectiones in prgnotionum quoq; uolumine accusauit quinetiã satis, hoc est pure biliosæ, prauæ sunt, nõ enim satis neq; pure sed moderate tales esse oportet, si igitur hęc febris coliquantis inditia iremmaria seruabis, quum uel mulsa epota, uel etiam absque ha c, quispiam spumosa unà pureq́; biliosa egerit, coliquantem esse febrem

ſcies, atq; proinde à mulſę uſu abſtinebis, ſed ad ptiſanę cremorem peruenies, obſeruando ſi quippiam inditium uideatur quàmquàm exiguum ex urinis morbi concoctionis, nam eo in tempore ſi aquam quoque frigidam exhibueris maxime iuuabis.

14

Verum huiuſmodi excrementum alia quoque noxa magna obtinet, neq; enim præcordiorū ardorem extinguit, ſed irritat, tolerandiq; difficultatem, & membrorum proiectionem efficit, necnon inteſtinum anumq; ulcerat.

Nocumenta noxa appellare conſueuit, quēadmodū quoq; inde fracturis articuliſq; uolumine demonſtratum eſt, ionici etenim noxam inferre pro nocere aiunt, quinetiam ea quę nocent noxam inferentia ſępenumero ipſæ appellauit: propoſitum ergo excrementum magna nocumenta obtinere ait, hoc eſt quod pure bilioſum unà, ſpumoſumq; eſt, conſueuit autem haud raro, inſignis cauſarum, lędentiumq; corporum uocibus uti: tale ergo excrementum indicare perpulcrum erat dicere, ſed obtinere dixit, quia affecta corpora noxas obtineant, cauſæ agant, inditia maniſeſtent: Cæterum nocumenta a dictis excrementis prouenientia ab eo audi qui ad hunc modum ait: neq; enim præcordiorum ardorem extinguit, ſed excitat, hoc autē dixit quia ſæpenumero bilioſorum deiectio præcordiorum ardorem confeſtim extinguit, proinde in malignis bilioſis non extinguere addidit: At prorſus oppoſitum, augetur huiuſmodi excreātibus, nec in pręcordes ardor quieſcit, uerumetiam uehementior fit, necnon proijciuntur, hoc eſt anguſtiam, tolerandiq; difficultatem habent:

quoniam flamei pręcordiorũ affectus, huiusmodi excrementa, symptomata sunt, nec minus quia in intestinorum transitu acuta ipsorum bilis ramẽtosum affectum parit: pure ergo biliosa huius affectus causa sunt, atq; inditia eorum quę in pręcordijs existunt: Hippocrates tamẽ ut dixi etiam uerbis iudicantibus causas, in inditijs uti, interdum consueuit.

15

Eorum autem remedia scribentur.

Quod in superioribus dictum est, uniuscuiusq; morbi auxilia se scripturum polliceri, in pręcedentibus, nec minus hoc loco declarauit: q si post sermonem de lauacris, hoc in uolumine proposita, necnon quæcunq; in his quæ de morbis uel affectibus scripta fuerunt Hippocrate digna sunt in eorum interpretationibus considerabimus.

16

In his ergo morbis si absq; sorbitionibus pro alia potione mulsa ueteris, nõ pauca bene cõsequeris: & ĩ exiguis a spe flustraberis, Cæterũ quibus exhibendum, & quibus haud exhibendum, & per quæ non exhibendum, potiora enarrata sunt.

Hoc quoq; in loco donec morbus iudicetur sola mulsa utẽdum esse se apertissime consuluisse, declarauit, nam solis in morbis in quibus corpore colliquescunt, uel in quibus hominibus, fieri non potest ut facultas ad iudicium usq; sufficiat, ad cremorem peruenimus, cæteros sola mulsa enutrire bonum est.

17

Cæterum mulsa ueluti ægris uires frãgeret ab

hominibus maximam calumniam consequu ta est, & proinde celerem mortem inducere exi stimarũt, at huic appellationi occasionem dederunt ii qui famem admodũ tolerarunt, nõnulli enim mulsa sola in potu utuntur perinde ac si huiusmodi foret.

Vires a mulsa frãgi, nihilq; enutrire, uel mulsam exiguũ corpori alimentum exhibere idem nequaquàm est, uerũ hęc tria plurimum inter se differunt, ea enim, quę facultatem deleunt, quemadmodum sanguinis narium fluxus, excretio plurima, sudor immoderatus, necnon per accidens inedia, uires frangere merito dicentur, sed nullum corpori alimentum exhibentis, ut aqua, neq; uires frangere, neq; facultatem corroborare, uere quispiam diceret, nisi interdum per accidens: nam aqua non ueluti nutrimentum laborantium facultatem refouet, sed perinde ac pharmacum quod ad moderatã temperaturã, eam perducit, quæ ab intemperie imbecilia redacta fuere, tertio loco accedunt exiguum enutriantia possetq; quispiam si solis ipsis uteretur mortem obire, non tamen quia facultatem deleant, uerum quia non satis recreant: ex his ergo mulsa est: nã si quispiam quatuor diebus absq; cibo permanendo perire posset, si mulsa uteretur, non modo ad quintam uerumetiam ad sextam perueniet, eadẽ de melle ratio est eius enim natura est, mulsum ex eorum numero esse faciens quæ exiguum corpori exhibent alimentum, humiditatem enim alimenti uehiculum esse, non alimentum, nõ modo Hippocratis, uerumetiam ferè omnes opsi mi medici asseruerunt, quę eadem hoc in loco dicta de mulsa, melleq; Hippocratis insequentibus haud obscu-

ve litteris prodidit.

18

At hoc haud prorſus ad húc modum ſe habet.

Non enim prorſus ueritatem obtinet, eos ob mulſam mortem obire, qui famem admodum tolerant, perierunt nã q; quàmui, ſolam aquam potauerint: uerum quia exiguum corpori alimentum exhibet, proinde quum ſola eſt, uitam ſeruare, nequit, quemadmodum etiam ſi quiſpiam ſemper ſolum ptiſanæ cremorem ſorbere uoluerit.

19

Sola uero epota, longe ualidior eſt, q̃ aqua, niſi uentrem perturbet.

Hac uoce ualidior aquam etiam quippiam ad nutriẽdum obtinere poſſe, indicare uidetur: Cæterum quia corporis uentriculi ſiccitatem humectat, aquam propinantes amplius ſufficiunt his quibus nihil offertur: uerum de mulſa ſermonem habens, niſi uentrem perturbet, addidit, ut tutior ſermo foret, eos enim ob euacuationem, conuenienter ſe ipſis prauiores efficit, quibus uentrem perturbat, unà quoq; perturbandi uerbo, declarante immoderatam ſubductionem, non moderatam, neminem tamen latere debet, mulſam crudam magis uentrem ſubducere, recte uero coctam magis enutrire: ſed hoc extra propoſitum tibi declaraui, uideamus autem ea quę deinceps ſcribit quum mulſam cum uino confert.

20

Quinetiã uino albo & tenui, & imbecillo, necnõ abſq; odore: uel ualidior, uel ĩbecillior eſt.

Nonnulli abſq; eſt, contextum ad hunc modum ſcribũt, uino albo, & tenui, & imbecillo, necnõ abſq; odore, uel ua-

lidior, uel imbecillior, aliqui uero pro uel interdum scribunt hoc pacto, quinetiam uino albo, & tenui, & imbecillo, necnon absq; odore, interdum ualidior, interdũ imbecillior, ex uniuersis tamen eadem uis & sententia declaratur, quæ aliqua ex parte mulsam huiusmodi uino ualidiorem esse, dicat, ex aliqua autem imbecilliorem, ego quidem in de uinis sermone huiusmodi uinum cõmemoraui: At Hippocratis ueluti nõ nouisset, id subticuit, sed hoc in loco tum eius consistentiam tenui dicendo, tum facultatis, imbecillitatem, imbecillo ascribendo, edocuit: ad hũc enim modum id appellatur quod ut propinetur exigua aquæ mixtione indiget, nam opposita ratione ualidum dicitur, quod ad temperiem plurima aqua eget: ac si diceremus ad tẽperatam mixtionẽ multam ferre aquã indiget: at uinum imbecille, fractum, debile, potuq; inutile euadit, si cum ampliori aqua temperabis, quinetiam eius odoris defectum imbecillitatis, frigiditatisq; maximum inditium est, etiam in hoc aquæ haud absimile, quẽadmodum etiam ualidum odorem obtinentium validitatis maximum inditium hoc est, nam aquosum uinum paucam in uitis ligno mutationem cõsequutum est, quinetiã exiguam terrestri elementi mixtionem, et dum aqua esset, paucum terrestris, calideq; substantiæ assumpsit, ad eorumq; unionem parua operatione indiguit: oppositũ autem & uinosum & ualidum, neq; ab exigua operatione huiusmodi fit, utpote quod plurimum ab aqua semotũ sit: ac proinde effatu dignam tum caliditatem tum odorem consequutum est.

21

Vini tamẽ mellisq; puritas ad amborum uim ualde

ualde differt, quare & si duplicatam uini puri, mensuram quispiam biberet, q̃ mel elingeret, longe magis ualidior a melle solo redderetur nisi uentrem perturbet, etenim longe plus stercoris ab eo dicitur.

Si mulsam non mel dixisset, sermo dilucidior fuisset, nam usque ad hanc partem de mulsa sermonem habuerat, eamq; uino aquę permixto contulerat, neq; ipsum per se, sed ut comparatio recta foret, ob id tum ad ipsum uinum tum ad mel sermonem adduxit: Verum in huiusmodi cõparationibus nonnulli decipiunt, non cæteros modo spõte, uerumetiam seipsos inuitos, aliqui uero quędam pura experti, non puris modo, uerumetiam quomodocunq; tẽperatis eorum facultatem coaptant, perinde ac rursus alij aquosiora experti, ex illis de uniuersis quę quomodolibet temperata sunt, pronuntiant, non tamen rerum iudicia ad hunc modum facere oportebat: sed in aquæ mixtione mulsam propinatis uinis temperamento proportione respondentem considerandum erat, ne uinum purius sit, mulsa aquosior, si eorum comparatio iusta fieri debebat, quoniã autem immixtione proportionem exquisitæ seruare difficile est, proinde ad ea quæ uere immixta, proprieq; pura appellantur Hippocratis sermonem permutauit, uino haud quaquàm temperato mel comparando, aitq; duplicatum uinum epotum minus enutrire quàm simplex mellis quantitas, cæterum quia uinorum plura genera sunt, non ualida, et quæ caput pertingere possunt, necnon deliria parere in sermone assumpsit, sed imbecille aquosum, atque huic mel conferendo magis enutrire demonstrauit: quando autem duplici uini quantitati mellis dimidium

comparare consulit, hoc non ait, quia solum utrunq; per se aquam non permiscendo ęger assumat: sed si post quātitas mensurationem utriusq; quantum uollet offerret, nihil minus differt, potest enim Cyatum unū mellis aut per se assumere aut pro arbitrio aquā miscēdo offerre, hocq; singulo die propinari, uel rursus uini Cyatos duos singulis diebus ut ipse uult, aqua temperando offerre: ex huiusmodi enim experientia in pluribus hominibus in cęteris eodem pacto se habentibus, magis tamen in uno, per idem temporis spatium exquisita utriusq; facultas dignoscetur, nisi enim mel quadam naturę proprietate uentrē perturbet qui melle utuntur pluribus diebus sufficiunt, si ergo hoc ad hunc modum se habet, cur in contextus initio dixit, sed & uino albo, & tenui, & imbecillo necnon absq; odore interdum ualidiorem, interdum imbecilliorem esse mulsam, non enim interdum ualidi, interdū imbecillior, sed semp ualidior dicta nuper ratione apparet: quoniam antequàm ipse iustam comparationem determinasset, docuissetq;, quum indeterminate sermonem conclusisset, perpulcre, securæq; dixit, inuenietur mel, uino partim ualidius, partim ībecillius, nisi enim quispiā utriusq; temperamenti proportionem diffinierit uinum interdū imbecillius, interdū mulsa esse uidebitur: cæterū si perinde ac dictum est determinentur, inspecta quoq; uentris perturbatione mulsa ad nutriendum ualidior uino eadē proportione temperato, perpetuo uidebitur q si etiā stercus a mulsa eiectum ne facultatem dissoluat, moderatum esse cogitaueris, longe etiam magis amplior tibi apparebit, mulsę enutritio quàm à uino proueniens: nā si quum tieam stercoris longe plus deijcitur nihilominus æger

pluribus diebus cum mulſa ſufficit, mel ad enutritionem uino magis poſſe uidetur.

22

Quod ſi quiſpiã ptiſanæ ſorbitione uteretur, mulſamq; poſt eã biberet, ualde replere, & inflaret necnon uiſceribus quæ in præcordiis ſunt incõmoda foret, ſi tamen mulſa ante ſorbitiones propinetur, non lædet, perinde ac ſi poſt hauriatur, At quippiam etiam iuuabit.

De ordine quo quiſpiam ptiſana, mulſaq; pulcherrime uti ualeat, ſermonem habet: cæterum hęc tibi cõmunis quoq; ratio ſit, ueluti in uno exemplo de ptiſana mulſaq; edocuit, ſemper enim tum quæ facilius corrumpuntur, tum quę magis ſubeunt, prius offerendum, ſecundo loco oppoſita, ptiſana autem difficilius mulſa corrũpitur, tardeq; ſubit, q ſi ptiſana præponeretur mulſa ſubire prohibita pręcordia inflabit, nec nõ temporis decurſu in bilem mutata ptiſanæ quoq; quippiam deuaſtabit.

Si uero mulſa decoquatur, longe præſtantior cruda aſpicientibus uidetur, nam ſplendida, tenuis, alba, necnon perſpicua fit, in facultate autem quam ei ineſſe enarraui, quam differentiã a cruda habeat, haud intelligo, neq; enim ſuauior eſt, ſi bonum fuerit mel, cruda tamen imbecillior eſt, minuſq; oletũ ab ea deiicitur, quorum neutrum ad auxilium, mulſæ opus eſt, q ſi mel prauum fuerit, & impurum, & nigrum, nec boni odoris, cocta utẽdũ, plurima nanq; eius turpedinis uitia, coctio ſemouebit.

Toto contextu coctę, crudęq; mulſæ, differentias edocet,

at sermo nulla interpraetatione indiget.

24

Cæterum potum qui oxymel appellatur in his morbis utilem esse sæpenumero inuenies. nã sputum educit, necnon respirationem faciliorem reddit.

Quod appellatur, appellariq́ ex his similia, ipsum addere didicisti, interdum quum talis appellatio uniuersis græcis consueta non est, interdum quum haud recte imposita fuit, necnon quum quippiam artificiale indicare uult, quemadmodum in temporum mandibularumq; musculis edocuimus, uerum oxymelitijs appellationem nihil artificiale indicare cuilibet manifestum est, sed uel accusationem, uel q nundũ consueta sit, quod appellatur addendo, significauit, utraq; autem eueniunt: fortasse enim eo tempore communis usus primo incœperat, forte uero eam uocem accusat, uel quia ex aceto melleq; solis pharmacum componi indicet, uel quia mellis differentiam declaret, perinde ac si quispiam ad hunc modum diceret: Cæterum mel, acetum huiusmodi facultatem obtinet, de additione quidem quod uocatur manifestum est, ad ea autem quæ utilitaté afferre possunt accedamus, nõ enim ex aceti mellisq́ mixtione tantum oxymelitis compositio fit, sed ex mulsa quippiam aceti assumente, id uero concoquere melius est in decoctione, nanq; aceti facultas purgatur, ut mulsa cui miscetur eius utilitatem assumat, & nocumentum non detineat, utilitatem quidem a contextus initio dixit, ac deinceps dicet: nocumentum uero in totius contextus fine addet, in initio quidem dictum est, nã sputum educit, nec non respirationem faciliorem reddit, At

insequentibus eius uerba in sequendo singula addiscemus.

25

Occasiones tamen huiusmodi o btinet.

Occasiones uel eius usus occasiones ait, secundum q̃ consuetum est, uel utilitatis, quoniam etiam in hoc significatu occasionis appellatione interdum uti demonstratum est.

26

Quod ualde acidũ est ad sputa quæ haud facile redduntur nihil μέσον hoc est mediũ faciet, nam si retenta educent, & leniret asperã artheriam, lubricamq; redderet, pulmonem leniret, nam eum molliendi facultatem obtinet, & si hæc euenire faceret maximum auxilium præstaret: cæterum admodum acidum interdum sputum non educit, sed deuiscauit, nocuitq;.

In quibus acido oxymellite opus est, in his nocumẽtum ab ipso interdum eueniens edocet, in quibus enim nullus acido huiusmodi pharmaco uteretur talia nocumenta enumerare, superuacaneum est, neq; enim de oxymellite simpliciter dixit, uerumetiam ualde addidit, quod idem ac uehementer, & admodum significat, huiusmodi ergo oxymel nihil medium facere consueuit crassis uiscosisq; pulmonis sputis, in quibus quispiam eo solo uteretur, sed uel ea incidendo abstergendoq; eduxit: uel quum facere hoc nequiret exiccauit, nam quemadmodũ huiusmodi pharmacum incidendi haud secus exsiccandi uim obtinet, At in uiscosis pulmonis sputis non ut exsiccans ipsum ordinamus, ita enim lędet, sed quia incidit, abstergitq;, quando ergo hęc facere nequierit, ab eo nulla utilitas sequetur at maximum nocumentum efficiet quãdo uero abstergit,

incidit Hippocratis in sequentibus edocuit, nunc autem de scritura quę in uarijs uoluminibus reperitur loqui uolo: non enim per s secundam κέσον nominis syllabam, sed per ζ. scriptam inuenimus ut totus contextus ad hūc modum habeatur, nam quod ualde acidum est nihil κέζον hoc est magnum faciet, quod ueritatem haud obtinet, nā ipsæ prosequendo demonstrat, interdum maximam utilitatem ab ipso prouenire, interdum nocumentum, quare semper magnum quippiam facit, & nunquàm paruum: a quo autem dicere ueritatem obtinet, semper magnum quippiam malum aut bonum euenire, de hoc perpulcre quispiam diceret, etiam nihil mediū ab ipso prouenire.

27

Præcipue uero hoc patiuntur ii qui etiam aliter pernitiose se habent, necnon qui intus contenta tussire, screareq; nequeunt.

Crassa sputa deuiscari nullā utilitatem consequuta ab acidi oxymellitis oblatione, illis euenire ait, qui etiam aliter pernitiose se habent, hoc est in quibus satis incoctus est morbus: isti enim nihil expuunt.

28

Ad hoc ergo hominis uires cōiectari oportet, & si spem habueris exhibere.

Quia in superioribus dixit, ab acido oxymellite nullam utilitatem eos consequi qui etiam aliter pernitiose se habent, nonnulli autem raro ex ipsis saluantur, utilitatem consequuti proinde huius etiam quod raro contingit, auxilium non prætermisit: est autem hoc per satis acidum oxymellitem quando æger uires ualidas habuerit; nam aliter huiusmodi oxymel nihil iuuabit, quum duorum al

terum agat uel nihil penitus incidat, sed uiscosis uiscositatem adaugeat, uel incidat, abstergatq; : cæterum quum uirtus non tolerat si eductio uniuersim moueatur, hominis suffocatio sequetur.

29

Quod si exhibendi oportunitas fuerit summe tepidum, paulatimq; & nõ affatim exhibẽdũ.

Si ob sputorum crassitiem uiscositatemq; nulla fieret expuitio, imbecillis tamen facultas non fuerit: oxymel ualde acidum, summeq; tepidum, quod est inter calidum & frigidum exquisite medium, exhibendum præcipit, nã quũ ualidam facultatem obtineat, in unica uice multum offerre cauet, haud secus frigidũ exhibere in extate perinde ac superius iussit, ueretur : quia morbi lateralis pulmonisq; abscessus sputa quę expui nequeũt inconcocta sunt, concoctioni autem semper caliditas confert, & frigiditas aduersatur, cur ergo etiam calidum oxymeli prohibet, an quia ob morbi malitiem in tali subita huius potus oblatione, ipsę quidem affectus in concoctus adhuc permanet. homini autem a calido oxymellite sitis augetur, uerum symptoma hoc uiscosum reddere sputum demonstratum est, oxymelli itaq; moderate tepidum tutius ei esse uidetur, quum calidum prohibeat, quia ab eo sequi nocumẽtum potest, frigidum uero quum necessario sequatur.

30

Oxymel autem parum acidum os gutturq; humectat, sputum educit sitim sedat, præcordiis uisceribusq; amicum est, necnon mellis nocumẽta prohibet, nam mellis biliosum cõpescit.

Posteaquàm de ualde acido oxymelite sermonem expli-

tuit, in hoc contextu ad moderate acidum migratus est, os gutturq; ipsum humectare dicens, sputū educere et sitim sedare: uniuersa enim obtinens a quibus huiusmodi morbi utilitatem consequi possunt, omnibus his quæ lædere queunt, caret, obtemperamenti uirtutem, quia mulsæ tantum aceti permixtum est, quantum eius biliosum compescere potest, hoc est reprimere, tēperareq;, nam in quarto de simplicium pharmacorum facultate uolumine, dulcem, acidumq; saporem, uirtutem maxime oppositam obtinere demonstratum est, quum itaq; mulsę facultas cęteris uniuersis prędita sit quibus huiusmodi morbi egent, in uno autem solo aduersetur quia quando super calefacta est, in bilem conuertitur, huiusmodi eius mutationem aceti mixtio prohibens, optimum pharmacum efficit, sitim enim sedat, & proinde sputa quæ non prorsus crassa, uiscosaq; sunt, facile educit, quas ambas operationes oris gutturisq; partium humiditas sequitur: Cęterum qua ratione hæc efficit, hac lienem, iecurq; maxime iuuat, quum absq; tristitia uiscera expurget.

31

Flatus quoq; discutiendi, lotiumq; ciendi facultatem obtinet.

De *moderate acido adhuc oxymelite disputando hęc protulit: quod in pulmonis, pectorisq; affectibus multum usum obtinet, maximeq; insignē[illegible] utilitatē ob moderatā tum aquę tum aceti, tum mellis mistionem, hoc nanq; oxymel, quum crassum, flatuosumq; in pręcordijs spiritum incidendi, flatumq; discutiendi, necnon omnes transitus purgandi facultatem obtineat, serosas, biliosasq;, super fluitates ad urinam perducit.*

32

In inferiori tamen intestini parte, laxitatem, ramentaq; parit.

Humiditatem naturam excedentem quæ partibus euenit, Hippocratem semper laxationem appellare haud ignorandum: hanc ergo oxymel efficere ait: quum a superioribus partibus crassos uiscososq; humores detentos abradat, incidatq;, necnon ad excretionem subducat: quinetiã huiusmodi facultate iocinoris excrementorum subductiones faciles reddit: proinde quum uniuersæ supernæ humiditates in intestinis presertimq; inferioribus coaceruẽtur ob earum quidem multitudinem laxatio fit, ob qualitate uero intestinum abraditur: etenim quum oxymel abstergendi facultatem obtineat temporis longitudine intestinum abradet, quum biliosum excrementum quod cum eo pertransit eãdem etiam facultatem habeat, unde etiam absq; oxymelite si interdum abundet intestinũ abradit.

33

Interdum autem in acutis morbis etiã hoc malum fit, præsertim quidem nõ modo quia flatum exire prohibet uerumetiam quia reuerti facit, quin etiam alia ratione, nam uires franget extremasq; partes infrigidat.

Intestinum abradi in acutis morbis interdum bonum non est, nam ramentosus affectus superficialis quædam ulceratio est, quum autem huiusmodi est ab omnibus pertrãseuntibus & præsertim ab his quæ mordicandi uim obtinent, intestinum cõtristatur, contristatum autem nisi mordicantium excretionem confestim fecerit, ea quæ pertransiere, ad superiora remittet: hac ergo ratione etiam eius

flatus sursum reuertuntur, quum intestina naturalem operationem expulsiuam obtineant, ut inde naturalibus facultatibus cōmentarijs demonstratum est, celeritatis autem opus est, ut contenta a partibus in quibus continētur expellantur: quando ergo superius motus incipit, contenta deorsum excretionem habent. At quum deorsum incipit sursum feruntur, quod manifestissime in naturali etiā dispositione euenire uidetur quum subeunte uniuersim interdū bili, ad inferiora intestina, excretionem detinemus uel quia huiusmodi actio adest, quam intercidere non possumus, uel quia latrina propè non est, nam his tempo poribus bilem adeo reuerti sensu percipimus, ut amplius excerni non possit, nonnulli quidem in huiusmodi bilis recursu secundum stomacum male se habent, quibusdam caput repletur, mordaciq; dolore corripitur. aliqui utraque patiuntur: ad eundem quoque modum ramentosus intestinorum affectus, interdum deorsum excretionē cito efficit, quum affectorum tristitia haud permanet, interdum uero deorsum ad supernum locum, quum nō confestim quod pertransit per anum egreditur, sed eius musculus qui circulariter contrahitur, rectiq; intestini extremitatem perstringit, expulsiui motus initium ex infernis partibus sursum facit, ac proinde non modo flatus uerum etiam excrementum in huiusmodi affectibus reuertitur, quinetiam obsequentem in transitu mordicationem facultas lędi contingit: quāquam enim quod pertransit, maximè exiguam abrasa mordicandi uim obtinuerit, nihilominus uehementer infestantur, uniuersum autem dolorē facultatem dissoluere haud ignoramus: atq; propterea extremas partes infrigidare.

34

Tantumque hoc nocumentũ ab oxymelite prouenire cognoui, quod dignum est, ut litteris prodatur.

Parum superius ratio edocuit, uniuersa mulsę uini atque aquæ nocumenta oxymel moderate temperatum aufugisse, quum ergo lędit, hac tãtum ratione lædit, quia abradit intestinum, efficit autem interdum hoc imbecillem facultatem, intestinumq; ad patiendum accommodatum obtinentibus.

35

Cæterum parum huiusmodi potus nocte ac ieiuno ante sorbitionem bibere oportunum est quinetiam multo post sorbitionem, si nihil prohibuerit propinandum.

Posteaquàm facultatem quam obtinet enarrauit, ad temporis sermonem in quo quispiam maxime id offerret, hoc in loco peruenit, in his præsertim qui sorbitionibus regũtur quãdo quis oxymelite uteretur, deinceps autem quàmuis sorbitionibus non regeretur, quispiam, sed solis potibus: tempusque in his edocet, ait ergo sorbitionibus utentibus id tempus esse solum cauendum, in quo sorbitionem offerre oportet: est autem ea sorbitio ptisanę cremor, ut corpus enutriatur, facultasq; roboretur, assumptus, uerũ ad hæc perpulcrum est si enutritionis tempore solus in uentriculo contineretur: didicisti enim in superioribus eorũ quę efferuntur uarietate, & præsertim quum diuersa facultatibus fuerint in uentriculo perturbationem efficere, ac proinde antequàm cremor concoctus sit, oxymel propinari nõ oportet, concocto autem etiam in nocte assume-

re licet, nec non in sequenti die ante sorbitionem, tempus uero intermedium sorbitionis atq; oxymelitis sufficit, ut in uacuum purgatumq; ab absterſione uentriculum ptiſanæ cremor incidat.

36

His autem qui ſolo potu abſq; ſorbitionibus reguntur ob hanc cauſam per totum morbi decurſum ſemper eo uti accommodatum nō eſt, præſertim quidem ob abraſionem, uel inteſtini exaſperationem quum enim abſq; ſtercore ſit, magis hæc faciet, præſente uaſorum inanitione, poſtea autē qa mulſæ uires auferret.

His qui ſolo potu poſthabita ptiſana reguntur oxymel per uniuerſum morbum epotum non conuenit, tum quia quū inteſtinum nudum ſit id uehementius abradit a ptiſana enim aliquo pacto inungitur, quando eam exorbent, tū quia mulſæ utilitatem corpus haud quaquàm aſſumeret: Verum quum de mulſa ſermonem haberemus utilitatem ab ipſis corporibus euenientem enarrauimus.

37

Si tamē multus huius potionis uſus per uniuerſum morbum iuuare uidetur parum aceti infundendum quātum ſolum ſentiatur ad hūc enim modum iuuabit & lædens minime lædet, propriaq; auxilia afferet.

Quum mulſa ſitim promouet, aut uiſcoſa ſputa, uel admodum craſſa in aſperis pulmonis artherijs continentur, tūc ſolo oxymelite opus eſt, cōmemorantibus nobis de his qui ſolo potu abſq; ſorbitione utuntur hæc dicta eſſe: ſi igitur perinde ac dixi oxymelite opus eſt, parum aceti ipſi

mulsæ infundere conuenit, ut aceti quoq; utilitatem assumat, necnon nocumentum effugiat ab ipso proueniēs acetum autem cum mulsa permistum unà concoquere conuenit ad hunc nanq; modum minus lædere poterit.

38

At summatim dicendum aceti acuita amara bili abundantibus magis q̃ his qui atra confert: nam amara dissoluuntur, nec nō in pituitam conuertuntur ab ipso suspensa, nigra uero uniuntur attolluntur augenturq;, acetum enim atram bilem parit.

Naturas amara bili abundantes appellat eas quæ amarum gignūt humorem, perinde ac flauæ bilis humor se habet; quibus acetum accōmodatum esse ait, quum atra bili abūdantibus maxime aduersetur, quia nigram quoq; bilem ipsam acidam esse contingit, quando corpus iam prorsus in præter naturali dispositione fuerit, quāuis etiam quum in secunda ualetudine est, plurimum dictæ qualitatis obtineat, non tamen exquisitę talem: Cætera contextus manifesta sunt, quo enim pacto acetum amara bili abundantes iuuet, in eo edocet: nam in eorum temperamentis caliditas exuberat, acetum autem refrigerandi uim obtinet.

39

Magna autem ex parte mulieribus, magis q̃ uiris aduersatur, uteri enim dolorem parit.

Acetum neruos lędere experientia attestatur, ratioq; demonstrat, nam quum absq; sanguine sint, proindeq; frigidi, ab eo pharmaco quod unà tum refrigerat, tum tenues habet partes facillime patiuntur, a cæteris enim re-

frigerandi uim obtinentibus lęduntur, ſed aceti ſubſtantia tenues habens partes, ad eorum profunditatem penetrat, necnon per omnes partes tranſit, ut nihil quàmquàm minimũ illeſum permittat, ad hunc ſanè modum acetum neruoſas partes lædit: matricem uero uniuerſi ferè qui de arte ſecandi corpora pertractant, neruoſam eſſe aiũt, quinetiam abſque eorum aſſertione quam ex anotomiæ intuitu fecerunt de hoc ratiocinari tibi licet, ſi quidẽ plurimum dilatatur & ad minimum conſtringitur, ſemper enim qualiſcunq; fuerit embrio eum in circulo amplectitur, omnisq́ latitudo ab eo repletur, quãuis exiguus fuerit, ut uentriculus a cibis, ſed huius ad oppoſita mutatio magna non eſt, matricis uero maxima, at plurimum dilatari neruoſis corporibus non carnoſis proprium eſt.

40

Potui uero aquæ in acutis morbis nullũ aliud opus quod addam habeo, neq́ enim in abſceſſu pulmonis affectus tuſſim ſedat, neq́ ſputũ educit, ſed minus cæteris, ſi quiſpiam per totũ morbi decurſum aqua in potu uteretur, ſi tamen inter oxymel mulſamq́ aqua afflueret, ſputi exiguum educeret ob potuum qualitatis mutationem, inũdationem enim quãdam facit, alio autẽ pacto neq́ ſitim ſedat, ſed amareſcit, natura enim, billoſis, bilem parit quinetiam præcordiis aduerſatur, quumq́ uaſis inanitis ingreditur ſeipſa peſſima eſt, & maxime biliosa necnon uires proſternit: quinetiam lienem, iecurq́ adauget quãdo ignita fuerint, & fluctuat, & ſuperenatat. nam quia frigida,

coctuque difficilis est, tarde meatus penetrat, neque aluum ducit, neque lotiũ promouet: haud parum quoque hac ratione lædit, quia sterco= ris expers est a natura: quod si pedibus frigore af= fectis interdũ ꝓpinet, uniuersa hæc multipli= cate lædet, ad quodcũque horũ fuerit ꝓcliuior.

Aqua ut acetum, incidendi facultatem non obtinet, neque calida est, ueluti mel quod præter calefaciendi uim, ab= stergit, inciditque, merito itaque tarde meatus penetrat, co= ctuque difficilis est, necnon cum difficultate descendit, & si aliter optima, inculpabilisque sit, quę enim limosa, uel fetida uel salsa uel quandam alteram pharmacalem qua= litatem præsefert, non simpliciter aqua est, sed cum cuius= dam huiusmodi pharmaci mixtione, quẽadmodum etiã si mel prauum, aut ptisanam aut acetum, aut uinum, aut quippiam huiusmodi proponerem, uniuersum eius ge= nus accusandum haud quaquàm esset, sed ipsum tantum quod propositum est: quum itaque in uno quoque ab eo iu= dicato ipsæ de optimo sermonẽ habeat, haud secus quoque hoc in loco intellige, singula dicta, ad purissimã aquam referendo: maxime puram omnique aliena qualitate immi xtam: hæc ergo quãquam optima est, in uentriculo lõgo tempore permanet, quum magna ex parte fluctuationes in eo operetur, ueluti quãdo ille fuerit biliosus unà quo= que ipsa corrumpitur, quumque subijt uix ex uentriculo ad imum uentrem peruenit: sed neque faciliter ad iecur, neque longe magis ad renes & thoracem & pulmonem, proinde neque lotium ciere potest, neque sputum educere, quinetiam nec totius corporis difflationes facit, hoc enim ad substantiam tenues habentẽ partes, attinet, calidamque,

non frigidam, quæue crassis sit partibus, At neque sitim sedat, quum in latis animalis organorum locis, uentriculi, intestinorumq; plurimum permaneat, neq; ad uniuersam eorum profunditatem distribuatur, nec siccitatem madefaciat, eam autem non enutrire in superioribus dictum est, atque ob eam causam uittalem facultatem corroborare nequit, & hæc causæ sunt ob quas Hippocratis posthabita aqua mulsam oxymel et uinum ęgris exhibet, quantum ergo ad eorũ rationem pertinet, nullus unquã ea uteretur. At alii medici necnon Hippocratis ipsæ ea utuntur, sed minus istæ, magis alij, nam quia cæteris male utuntur decepti ad aquam confugiunt, magnum infortunium non obtinens, siquidem nec facultatem Erasistratus namq; ad hũc modum dixit, ualidę ciborũ, potuumq; facultates siquidem oportunæ assumãtur maximam utilitatem, si haud oportunę maximum nocumentum efficiunt, fit autem prauus usus oxymelitis mulsæ & uini, tum ob subitas mutationes, ut ipsæ edocuit, tum magna ex parte ob mixtionem indebite a medicis factam: enimuero quum seni qui in aduersa ualetudine erat singulis diebus aquosum uinum exhiberem, quispiam huiusmodi medicus accedens, uidens deinceps minimam eius quantitatem aquæ instillari, ridendo dixit, ægrum non propinari uinum; sed uidere tantum: non intelligens, uinum quum uoluptatis gratia exhibetur, alteram ad aquam mixtionis cõmensurationem obtinere utilitatis aliam, ad impetum enim quendam qui aquam ad distributionem attrahat, uini prorsus parum permiscẽdum, ne aqua pura sinceraq; sit, non ut etiam ipsa uinum fiat, uerum haud pauci eorum qui in prospera ualetudine sunt, uinum

aquæ

aquæ permixtum propinantur, non tamen aquam in gu stu dominari conuenit, sed uinum: at in ægris longe magis, ut uini paruam similitudinem obtineat, ad eundem quoq; modum de oxymelite ipsæ parum superius dixit, aquosum laudando, quinetiā, mulsa aquosa securius quispiam uteretur, nam puram nisi uentrem subducere antici pauerit maxime lædet, præsertimq; in amara bili abundantibus: magnaq; uiscera obtinētibus quibus aqua quoq; nocua est, quum in bilem conuertatur, si diu in præcordijs moretur, nam ultra ea uniuersa quæ obtinet uitia, quum stercoris expers sit, nullam uentris subducionem efficit, cæterum si in exacerbationum initijs propinetur lædere, quod declarauit dicendo, ꝙ si pedibus frigore affectis interdum propinetur, uniuersa hęc multiplicate lædet, ex eorum numero est, quę omnes sciunt, fatenturq;, aqua ergo epota quando utilis est? quum solo potu æger rectus fuerit, nondum ptisane cremorem assumens, tunc enim in cæterorum potuum medio quispiam oportune aquam offerreret. præsertim si æger sitibūdus fuerit, nam inundationem quandam eam facere ait, hoc est cuiusdam humiditatis copiā, proindeq; in mulsę oxymelitis intermedio exiguum exhibēt quod ad eorum quæ expui debent humectationē confert, quinetiam quando uinū admodum nocuum fuerit, tunc quoque aquam exhibent, sed ipsum Hippocratē audiamus quo pacto de hoc enuntiauit.

41

Verumtamen si uel ualidum capitis dolorem, uel mentis attinectionem in his morbis pertinueris a uino prorsus abstinendum, & in huiusmodi aqua utendum, uel aquosum & ful-

tũ omnino uinũ prorsusq; absq; odore exhibere oportet, ac post eius potionem aquæ exiguum bibendum ad hunc enim modum uini facultas minus caput, mẽtemq; pertinget.

Mens attingi tunc dicitur quum æger febre correptus delirat, hoc ergo in loco delirium mentis attinctionem dixit, in qua uinum aufugiendum iubet, haud aliter in ualidis capitis doloribus, sed de ambobus superius dictum est. At hoc in loco postquàm a uino prorsus abstinendum in huiusmodi symptomatibus dixit, deinceps aquosum, fuluumq; omnino & absq; odore exhibẽdum ait, aquosum quidem & absq; odore esse exhibendum recte dictũ est, fuluum autem nõ admodum admitto, nam aquosum quũ album sit, in huiusmodi bonum est: At uero cõfestim post uinum aquam esse propinandum, quum in ad hunc modum se habentibus interdum uinis indiguerimus, secure dictum est: Vini enim inquit facultas hoc est uis, caput, mentemq; minus pertinget, dicens, ueluti mos suus est, pertinget, necnon se fecisse declarans mentis attinctionem ab hoc uerbo quod hominibus consuetũ magis est, quàm membri nomen: caput autem mentemq; pertingere uinũ dixit, quia quum calidum sit & ad caput cito deffertur, & humores qui in corpore efferuescunt secũ ducit, quoniam autem caput uitiat, propterea quoq; mentẽ, ea enim animæ pars, qua sapimus, ratiocinamurq; eo in loco sedẽ consequuta est.

42

Cæterum in quibus eo potu maxime utẽdum, & quando admodũ multo, & quando moderato, & ubi frigido, & ubi calido, partim etiã

in superioribus dictum est: partim uero suo loco dicemus.

Erasistratus in eo uolumine quod de febribus posteris reliquit, malo admodum animo Hippocratem criminatur, Apollonium dexippumq; eius discipulos accusans, quos ait duodecim cereos Cyathos faciẽtes ex cyatho qui sextã cotyle partem comprehendit, ex his unum uel duos febricitantibus commensurare: At Hippocrates non modo hoc in loco uerumetiã in his quę in superioribus litteris prodidit uniuersis potibus abunde aperte utitur: quod nunc in contextu manifeste declarauit ad hunc modum scribẽs: Cęterum in quibus maxime ipsorũ aqua utẽdum & quãdo admodum multa, admodum etenim multa ualde multa significat, uerum interdum multam aquam exhibere, ualde non addendo, satis esset, ad Erasistrati malignitatem redarguendum qui Apollonium dexippumq; commemorat, nullum eorum uolumen ostendendum habens, quinetiam Hippocratem ipsum non intelligit aperte dicentem ualde multa aqua uti oportere, superius pręterea quum post oxymel ipsam exhibet dixit utilem esse: quia inundationem quandam efficit, hoc est humiditatis copiam, ad haec in superioribus mulsam oxymelq; ut hos humectent, lotiumq; ciere ualeant aquosa descripsit, haud quaquàm ipsorum cyatum exhibendo sed effatu dignam quantitatem, aqua os humectare urinam mouere necnon pulmonem expurgare potest, de oxymelite ad huc haec ,, scripta reliquit, ꝙ si per totum morbi decursum iuuare uidetur hoc multo utendum: etiam hoc in loco multum addendo: de Erasistrati quidem aduersus Hippocratẽ malignitate haec dicta sufficiant: ad memoriam uero reuoca-

mus nos ut superius haud aliter hoc in loco Hippocratẽ uniuscuiusq; morbi propriam doctrinam sese facturum polliceri ueluti hoc in libro artem ad uictum pertinentẽ ad unguẽ non explicuerit, sed in uno morbi lateralis exẽplo sola uniuersalia percurrerit.

46

De cæteris uero potibus ueluti ordeaceo, necnon de his quæ ex elchia herba conficiuntur & uua passa & eius corticibus, & triticis, & cnico, & myrtis atq; malo punico, cæterisq; quũ eorum nonnullo utendi oportunitas fuerit, seorsum in singulo morbo litteris prodetur, quẽadmodũ etiã cætera cõposita pharmaca.

Hic quoq; contextus alteram uniuscuiusq; morbi propriã doctrinam pollicetur, manifestum ergo est q uel ea uolumina deficiunt in quibus singillatim uniuscuiusq; acuti morbi cura ab eo scripta fuit, uel prorsus de his nihil scriptum reliquit: ea enim quæ ad præsentem locum referuntur Hippocrate digna non sunt, quàmquàm haud pauca ex eius sententia litteris prodita sunt, in his quę hoc in uolumine post sermonem de lauacris proponuntur: uerum ut diximus in eorum interpretationibus singula perpulcre considerabimus.

47

Cæterum lauacri usus in plærisq; morbis confert in quibusdam semper in aliquibus, non quandoq; autem minus utẽdum ob prauam hominum præparationem nam in paucis domibus instrumenta, ministriq; ueluti cõuenit præparata sunt, q si ægri nõ prorsus recte la-

uentur, haud parũ lædentur, infirmus etenim tegmento absq; fumo, aquæ abundantia, crebra lotione, ac non ualde impetuosa eget, nisi necessitas esse uideatur.

Hippocratis tempore hæc lauacra nondũ præparata fuisse uidetur: dicere enim in paucis domibus instrumenta, ministriq; ueluti conuenit præparata esse, quinetiã tegmento absq; fumo opus esse, & aqua copiosa, ceteraq; quæcunq; deinceps litteris prodidit: in domibus quũ adhuc aqua in lebete calesit, in labris eorum qui ingrediuntur infundi indicat, quod uero in fine contextus dictum est crebra quoq; lotione opus esse, non admodum impetuosa, nisi necessitas esse uideatur, si memores sumus ad sequentem doctrinam seruare oportet: ipsæ enim dicet qui sint interdum impetuoso lauacro indigentes: hoc est ægro in multa aqua proiecto, nam si ipsæ dicere non uideretur, quereremus nos non simpliciter neq; a fortuna sed eorum quæ ab eo litteris prodita sunt ordinem sequendo.

48

Magisq; non abstergi, si uero abstergatur ipsa calida uti, & multo ampliori q̃ consueuit abstersione, & præfundi haud pauca, citoq; post fundi indiget.

Nullus æger quum lauatur abstersione indiget nisi sordidus prurituq; affectus sit, indigent enim infirmi his quę prorsus labore carent, maximeq̃; tepida aqua madefieri, fit autem abstersio cũ purgandi uim habentibus: quę quũ mor dicandi exiccandiq; facultate prædita sint ob id lauacri usui, facultatiq̃;, maxime aduersantur: si tamẽ æger uel ob sorditiem uel ob pruritum abstersione indiguerit,

absterſiui pharmaci facultas, ampliorem aquã permiſcendo oleumq́; infundendo, reprimẽda eſt, atq; ob eam cauſam Hippocrates dixit multo ampliori quàm conſueuit abſterſione uti oportet, hoc eſt quàm eius conſuetudo fuerat, quum in ſecunda ualetudine erat, non enim abſtergẽtis pharmaci ſubſtantiam in ægris multo maiorem quàm in ſanis aſſumendum iubet: quemadmodum etiam nõ abſtergi magis eligitur, quã abſterſio, ſed abſterſionis quãtitatem longe ampliorem in ægris fieri conſulit cũ aquæ augumento, nam eadem ratio comprobat abſtergẽtia euitanda eſſe, quum pruritus, ſordesq́; non adſunt, atq; acribus, puriſq; his uti haud oportere: quemadmodum autẽ aquæ miſtionis multitudine abſtergentis pharmaci acredinem diſſoluit, eadem ratione totius abſterſionis facultatem obtundit calidam, puramq́; aquam copioſam protinus infundendo postea rurſus alia ordinat.

49

Quinetiam breui uia opus eſt ad ſolium, & ad facilem ingreſſum, & ad facilem exitum.

Siue in lauacro hominẽ eluere uolueris ſiue in domo quadam ignem faciendo, ſoliumq́; aqua replendo, hoc cõmune eſt, quod etiam nunc in caſtris ſępenumero fit, quum quiſpiam lotione indiget, locus autem lauacro caret: & ad facilem ingreſſum et ad facilem exitum, prorſus enim abſq; labore ægrum ſeruare uult, proinde etiam ſolium ad ingreſſum exitumq; facile eſſe conſulit: fiet autem hoc ſi aquam continens, neq; altum, neq; anguſtum fuerit, cæterum id pulcherrimũ eſt, maximeq́; labore caret, quod in lauacris eſt, in aquis ſponte naſcentibus quę ferè uniuerſi adeo humilia faciunt ut nihil ſolum excedant.

50

Quique eluitur honestus tacitusq; esse, ac ipsæ nihil agere: at alii tum infundere, tum abstergere debent.

Hæc quoq; eorum sunt quæ ægros absq; labore seruant, haud secus quàm enarrata: quinetiam ægri quies ad magis relaxandū moliēdūq; corpus utilis est, musculi enim in motu tenduntur, quo fit ut minus moliant, relaxēturq;.

51

Et μετακέρασμα, hoc est postea misturam multam præparandum.

μετακέρασμα et unite intelligere possumus, fieriq; potest ut μετὰ propositionem separatim exponamus, rursus autem per se κέρασμα: Hippocrates etenim in hoc cęterisq; uoluminibus ionicorum more μετὰ propositione defectuose uti uidet ꝙ si perfecte dicere uolumus ad hūc modum scribendū & μετὰ ταῦ τα κέρασμα πολὺ ἑτοιμάσαι, hoc est & postea misturam multam prępar ādū, siue ergo unite μετακέρασμα siue separatim pro μετὰ ταῦτα κέρασμα utrorumq; contextuum unus cōmunis intellectus est: nam post solij lauacri usum quum elotum infundere debeat, misturam comparādum uult: quod etiam temporibus nostris uniuersi medici facere consueuerunt, quum ægrum eluunt, non enim infrigidam susceptam descēdere permittunt, sed eius loco aquā tepidam infundunt: nonnulli uero solia quoque uniuersa huiusmodi aqua replent, nam quemadmodum in calido lauacro laxatum, rarefactumq; corpus est, haud secus rursus quiete ipsum tum unire tū astringere uult: hoc enim ad facultatis ualiditatem confert, neue cum facilitate ho-

mo lædatur, si quispiam repente in ambiente nos aere, ad frigidum permutationem facere, proinde ij quoque qui in secunda ualetudine sunt, post calidum lauacrum in aquã frigidam seipsos proijciunt, sed ægri, frigidi conuersationem absq; nocumento non tolerant, unde calidã aquã permiscendo frigidam tẽperamus: mistionis uero quantitas inuenitur primo corporis nostri dispositionem respiciendo: deinceps propriam ęgri naturam, ætatẽ, tempus anni, regionem, necnon pręsentis aeris constitutionẽ: Cęterum rectius ij faciunt, quicunque post calidum lauacrum non minus quàm tres aquas tepidas inter se differentes præparant, ut prima satis tepida sit, secunda minus, illa tepida, tertia uero longe magis ad frigidũ declinet, Hippocratis autem huiusmodi quippiam uelle uidetur, quũ postea mixturam multam pręparandum iubet, non enim tantum simpliciter multam, uerumetiam multarum spetierum quod præparatur esse melius est, ut a calido ad frigidum paulatim accedamus, siquidem subitam ad opposita mutationem infirmus tolerare nequit.

52

Persusiones celeres faciendum.

Celeres in ipsa operatione quę in fundendo fit, exponere conuenit: nec minus in intermedio operationum tempore ne secunda a priori perfusione multo tempore distet, quas proprie quispiam non celeres sed frequentes perfusiones diceret: nominum tamen tum frequentis, tum celeris usus ab antiquis confunditur, interdum enim frequentes operationes celeres appellant.

53

Spongiis pro strigili utendum.

Huius temporis medici neq; strigilis, neq; spongia utűtur, sed post lauacrum eos linteis imponunt, nőnulli autem uestibus & præsertim duris undequaq; inuoluunt, ut plurimum sudent: Cæterű infirmus post lauacrum non semper plurimo sudore indiget: sæpenumero enim non corpus euacuandi gratia ægrum ad lauacrum perducimus, sed prorsus oppositum ut copiose humectetur, madefiatq;, quod immoderate exsiccatum est: huiusmodi ergo quum sudāt in partibus lauacri interioribus longo tēpore permanere non debent, uerum q̄ celerrime in aqua soli initiendi sunt, atque postea quum elauacro exeunt cito eos exsiccare oportet.

54

Neq; ualde exsiccatum corpus inungendum.

Hic etiam sermo post hunc spongia pro strigili utendum dictus est, sed quispiam magis proprie ipsum intelligere de pinguedinis usu in lauacro, ne quippiam memoratu dignum prætermissum esse uideatur, nam post lauacrum quum Hippocratis aquam exsiccauit si unquā corpus inunxerit manifestum non est: uerum quū corpus humidum est ægrum inungere patet, nisi quis hoc dicat, q̄ post aquam hoc idem oleum abstergit: de pinguedinis igitur usu in lauacro consideratio uilis est, sed hoc ad cōsiderandum necessarium magis existit de lauacro an sudante eloto, an antequàm sudaret, corpore exiccato, confestim semotis uestibus oleum infundere conueniat, an horū neutrū sed quando humectari incipit enimuero quicūq; ea quę de olei facultate inde simpliciū pharmacorū uolumine dicta sunt meminit, is exquisitę nouit, in elotis tertium olei usus tempus enarratum optimum esse, quin-

etiam haud ignorat id calefactũ corpori applicari oportere hoc etenim emolit, rarefacitq; corpus, siquidem tactu frigidum non modo neutrum ipsorum efficere nõ potest uerumetiam elotos horrore affectos reddit.

55

Quinetiam caput cum spongia tergtũ, quam maxime fieri potest, exsiccare oportet.

Caput in lauacro esse exquisite exsicandum ne minimum humiditatis relinquatur manifestum est, nam quęcunq; humiditas relinquitur refrigerare consueuit, haud tamẽ cum spongia hoc amplius fieri potest, nisi confestim ab initio post misturæ usum: Cęterum cum linteis, capitis aquam exsicare melius est.

56

Nec caput, nec extrema, nec reliquum corpus refrigerari permittendum.

Hoc ut mea fert sententia exiguum est, seorsum dictum uniuersis enim nullã partem enudatam multo tempore pmittendam esse manifestũ est, eo tempore quo elotorũ aquã post lauacrum exsicant, nam ad hunc modum enudata confestim refrigerari omnes norunt.

57

Necp eum qui nuper cibum, potumue ingessit, eluere oportet.

Non modo in ægris uerumetiam in his qui in prospera ualetudine sunt postquàm cibum, uel potum assumpserunt eluere haud oportet: eorum enim qui biberunt caput repletur, cibatis uero, non tantum caput, uerumetiam uniuersum corpus cibum antequàm concoquatur ad sese trahit.

58

Nec confestim post lauacrum exsorbendum, propinandumue.

Sedata lauacri perturbatione perinde ac exercitij, cibum ingerere bibereq; melius est, nam cibi potusq; repentina oblatio, tum caput replet, tum sorbitionem enatare interdum facit.

59

Magnopere tamen laboranti indulgendum si quum in secunda ualetudine esset, lauacrũ admodũ diligebat, eluiq; ɔsueuerat, tales etenim magis desiderant: q; si lauentur utilitatem cõsequuntur, læduntur q; nisi eluantur.

Per uniuersum ferè huiusce negotij uolumen hæc demonstrata sunt, contextum nobis exponẽtibus in quibus cõsuetudinum facultatem abunde declarauit.

60

Cæterum in pulmonis abscessibus magis q̃ in affectibus ardentibus prorsus conuenit, balneum etenim lateris dolorẽ & pectoris & scapularum mitigat, sputum cõcoquit educitq;, & spiritum facilem reddit, necnon lassitudinẽ tollit, articulos, cutemq; exteriorem emollit, lotium cit, capitis grauitatem soluit, atq; nares humectat: tot itaq; bona lauacro insunt, quibus uniuersis opus est, si tamẽ præparationis defectus in uno, uel in pluribus aderit, ne a lauacro utilitas, sed nocumentum potius sequatur, periculũ imminet: unũquodq; enim eorum magnam noxã inferre, si ueluti opor-

tet a ministris non præparetur.

Cur lauacrum pulmonis potius abscessum quàm affectus ardentes iuuet, Hippocratis declarauit ad hunc modum scribens, lateris etenim dolorem & pectoris & scapularum mitigat sputum concoquit educitq́;, & spiritum facilem reddit: ob hæc enim uniuersa abscessu in pulmone affectis maxime utile est: sputa namq; in pulmone contenta expuendo curantur: At qui morbo laterali affecti sunt, quia etiam dolores mitigantur, admodum iuuãtur: proinde duorum alterum, uel ad hũc modum scribendũ: Cæterum in pulmonis abscessibus doloribusq́; lateralibus, magis quàm in asseribus ardentibus, conuenit, uel pulmonis abscessui lateralem affectum subaudiendum, ipsæ enim in paniculo qui costas subcingit dolorem obtinet, quo pulmonis abscessus caret: cęterum lauacrum in pulmonis abscessibus magis quàm in affectibus ardentibus conuenire dicens, quosdam affectu ardenti correptos iuuare declarauit, uerum ad hunc contextum determinatione opus est, quam nondum facere possumus, quia de tempore in quo ægros eluere iubet nihil dictũ est quosdam enim nequaquàm eluendos consulit: sed quã primũ quæ in sequenti contextu dicturus est, audiuerimus ad hunc modum ad lauacri occasionem perueniemus.

affectibus

61

Quibus autem in morbis uenter humidior est q̃ conueniat eos eluendi occasio minime est. quinetiã neq; eos quibus magis q̃ fuerit oportunum aluus astricta est, nisi prius soluatur, neq; ĩbecilles eluere oportet, neq; fastidio aut uomitu affectos, neq; biliosa ructantes, neq;

quibus ſanguis enaribus fluit, niſi minus q̃ oc caſio expetit, effluat, occaſiones autem noſti, ꝙ ſi minus q̃ conueniat exit, eluẽdum eſt, ſiue uniuerſum corpus in cæteris iuuerit ſiue caput tantum: ſi itaq; præparationes accommodatæ fuerint necnõ infirmus lauacrum bene ſuſcepturus eſt, ſingulo die eluere oportet.

Quibus plura e uentre ſubeunt lauacrum ſiſtit, ad uniuerſum corpus ea retrahendo, proindeq́; lædit: quibus autẽ nullę prorſus ægeſtiones exeunti antiquum ſtercus prius euacuare oportunum eſſe nullus ignorat, quemadmodum neq; imbecilles hoc eſt quibus facultas diſſoluta eſt, lauacrum ex toto proſternit: quinetiam eos ait qui faſtidio aut uomitu affecti ſunt, haud eluendum, hos etenim repente diſſolui periculum imminet: proinde e ſtomaticam appellatam animi defectionem inſequi, propè his, etiam ij ſunt qui uentriculi os bile refertum habẽt, quos inditio declarauit ad hunc modum dicens, neq; biliosa ructãtes: haud ſecus neq; eos quibus ſanguis enaribus ſufficiẽter effluit ad lauacrũ ꝑducere cõuenit, rationi enim cõſentaneũ eſt ſi minus quàm conueniat fluxerit eos eluere, qui copioſo etiam lauacro indigent, uehementioris motus gratia ſanguinis qui in capite ſedem obtinet, eodem quoq; modo eluimus qui quum ſanguinis enaribus fluxu egeant nihilominus nihil effluit, quia autem addidit ſiue uniuerſum corpus in cęteris iuuerit, ſiue caput tantum, longe magis aperte declarauit, ꝙ in domo calefacta abſq; ſolio ægrum ſedere faciens caput ſolum abſq; reliquo corpore, aqua calida ſęꝑenumero exaurit.

Eos uero qui lauacra diligũt, neq; si bis in die ablueris quippiam errabis.

Medicus qui uictori Romæ præfecto uolumen de uictu ex mente Hippocratis dedit, tum hunc contextum, tum alios quosdam ex medietate, libro inscripsit, perinde ac eum in quo ait, quod primi dies a sorbitione alieni non sunt, quinetiam hic adest, bis indie cibũ ingerere consueueritis bis exhibendum: Cæterum ab utroq; horum duorum contextuum mediam partem abstulit, uerum ab hoc in loco proposito nihil quidem abstulit: occasionem autẽ non addidit in qua lauacra diligere dixit, sunt autem huiusmodi ij qui in secundæ ualetudinis tempore lauacro gaudebant, proindeq; sæpenumero eluebantur, nam isti ad abluendũ a consuetudine indicationẽ assumunt, deinceps ergo eius occasionẽ audiamus in qua ægros ablui iubet.

63

Lauacri usus tota ptisana utentibus, longe magis conuenit, q̃ cremorem tantum exsorbentibus, q̃q̃ etiam his interdum accõmodatus est, minime autem solo potu rectis.

Occasionem in qua abluere conuenit, hoc in sermone declarauit, & si ab initio hæc dixisset, haud pauca eorũ quæ in medio litteris prodita sunt, adeo obscura nõ fuissent. mite se habentibus totam ptisanam exhibet, at his qui magis uitiose uitam degunt cremorem tantum, uerum longe maiori cum discrimine, uel magis acute laborantibus, solos potus: Cæterum in toto uolumine de pectoris pulmonisq; affectibus sermonem habuisse plurima uniuersalia edocendo perinde ac in exemplis de earum partiũ ægritudinibus, præsertimq; morbo laterali sæpenumero de-

monstratum est: quinetiam concoctis affectibus ptisana utendum esse iubere, ostensum est, eo itaq; tempore etiã lauacrum absq; discrimine adhibetur quod ad sputorum excretionem quæ in pectore pulmoneq; continentur maxime confert: ergo ad hunc modum se habentibus quum etiam a consuetudine indicatio accedit, lauacrum duplicare nihil prohibet. his autem qui solo potu utuntur lauacrum minime conuenire ait, quod minus significat, non ut nonnulli aiunt, nequaquàm quod prosequendo apertissime declarabit.

64

Quanquam ipsorum nonnullis conuenit, Cæterum ex prius enarratis in omni uictus ratione eos qui ex lauacro utilitatem consequuturi sunt, & qui nõ certa cõiectura assequi oportet, nam si eorum quippiam deest quæ ad balnei utilitatem faciant, uel quæ lauacrũ iuuent elotio haud facienda est: q; si nihil deest, nõnullaq; inditia adsunt quibus lotionem conferre comprobatur, eluere oportet.

Cęterum quo tempore eos lauacro uti conueniat non addidit: consentaneum itaq; est ut nos eius mentem sequendo id doceamus: acuto morbo correptos Hippocratis solis potibus enutrit, quando eorum facultatem usq; ad morbi uigorem sufficere sperat, qui interdum unà cum concoctione fit, perinde ac in his morbis qui in pectore pulmoneq; oriuntur, nam quum humores affectus producentes concoquuntur confestim expuunt: si autem inceperint solum qualia oportet expuere neutro amplius modo morbus augebitur neq; affectus, neq; symptomatum ratione.

ſæpenumero enim affectus ob quem ęgrotant mitior fit ſymptomata uero augentur, perinde ac in inflāmatis partibus: uel uti ipſę ait: circa puris generationem dolores „ & febres accidunt magis quàm iam facto, ſępe autem inuicem coaugentur comminuunturq; tum affectus tū ſymptomatum magnitudines quemadmodum in nōnullis uulneribus fieri conſueuit & in pulmonis abſceſſibus & lateralibus doloribus his itaq; in morbis quum infirmi adhuc ſolis potibus enutriuntur non absq; utilitate lauacro uti contingit, nam lauacrum tum eorum dolorem mitigare tum ſputum concoquere protulit, quod præpoſita euacuatione agendum, de balneorum ſiquidem facultatibus uniuerſaliter haud ignoramus, quę affecta ſunt fluxu corripi, niſi euacuato corpore adminiſtrentur: q̄ ſi præpoſita euacuatione offeratur concoctioni cōfert, quū euacuandi facultatē obtineat, prius uniuerſo corpore euacuato: proinde eorū qui affectu ardēti correpti ſunt ſolis his cōuenit q absq; tumore phlegmonoſo uel Eryſipelatodes ægrotant, his uniuerſo in corpore feruente bili: ſi uero etiam concoctionis inditia habuerint, longe magis his conueniet: Cæterum quum affectus a ſalſa pituita putrefacta accenditur, his lauacrū maxime aduerſari haud ignorandum: neq; enim per cutem per halitum digeritur, ut amare bilis humor, ad eundem etiam modum pituitoſus, quia craſſus, uiſcoſusq; eſt, neq; extinguitur quum longa concoctione indigeat: Verumenimuero in huius uoluminis expoſitionis initio immemor non ſum Hippocratem dixiſſe, at quæcunq; prædiſcere medicus debet quāuis „ nihil æger dixerit eorum plurima prętererūt: qui Hip„ pocratem dogmaticum eſſe arbitrātur, affectos locos hęc
eſſe

esse dixerunt, ipsorumq; tũ affectus tum causas: qui uero Empiricum, tempus anni regionem ætatem consuetudines constitutiones atq; aerem nos ambientem: ego autem uniuersa hæc tum à dogmaticis, tum ab Empiricis dicta medicis utilia esse noui: Cęterum quum Hippocrates hoc in uolumine haud paucas intentiones dixerit, ad quæ quispiam respiciendo uictus rationes inueniet, nullum dictorum commemorauit nisi consuetudines, nonnulla uero alia proposuit de quibus commemoratione opus erat, atq; proinde sermonem distuli ut paucis expediens, habeam tamen sermonem in sequentes eos qui uniuersum librum norunt: una ergo primaq; intentio ueluti in morbi pleuritidis exemplo ab eo ad hunc modum ad uerbum
„ dicta est: si quidem siccior fuerit morbus quàm quispiam
„ arbitraretur eam augere haud quaquàm oportet, sed an-
„ tequàm sorbitionem assumpseris uel mulsam uel uinum
„ prius bibendum, uel quodcunq; magis conuenire uidea-
„ tur: rursusq; deinceps hęc ait ꝙ si os humectetur, & quæ a pulmone secernuntur fuerint qualia oportet augenda est ut summatim dicam sorbitionis quantitas: hęc itaque necnon sequentia a Cnidijs medicis determinata nõ sunt, quinetiam post hęc ait morbi concoctioni mentem adhibere oportet, atq; hæc intentio ut sua fert sentẽtia ferè est, tum omnis uictus speciei tum mutationum omnium particularium quæ in ea fiunt: deinceps alias etiam determi-
„ nationes huiusmodi protulit, nam quibus cibus statim cõ
„ clusus est, nisi prius euacuans quispiã sorbitionem dede-
„ rit dolor pręsens augebitur, ꝙ si præsens non fuerit cõ-
„ festim generationem consequetur: rursusq; parum infe-
„ rius hæc litteris prodidit, quũ uero lateri s dolor adhuc

„ continuus est, neq; per fomenta alleuiatur, sputumq; mini„ me excreatur sed deuiscatum haud quaquàm cocte per„ manet nisi quispiam dolorem soluerit, aut uentrem subdu„ cendo, aut uenam incidẽdo quodcunq; horum magis cõ„ ferre uideatur, sed ptisanam ad hunc modum se habenti„ bus dederit, ipsorum mors cito eueniet: postea iterũ quũ „ determinationem facit ad hunc modum scribit: si qui nu„ per cibum assumpsit uenterq; nondum subijt febre corri„ pi incipiat, siue cum dolore, siue absq; dolore fuerit, do„ nec cibus ad imas intestinorum partes descendisse existi„ mauerimus sorbitionis exhibitio differenda est: iterumq; „ inferius: quod si quũ cibus nuper assumptus est, qui iampri„ dem ingestus fuerat nondum descendit si uires ualean„ ætasq; uiget clystere immittendum, si uero imbecillior fuerit nisi sponte deiectio sequatur suppositorio utendũ: hoc ergo in loco a facultate etiam intentionem addidit, perinde ac in sequentibus, sæpenumero unà, & hoc considerandum esse iubens, quę causa, affectusq; sit uirtutem prosternentia, ubi etiam addidit hęc à medicis ignorari: quinetiam quibus dolor ad pręcordia terminatur talium pharmacorum purgatio utilis est: quibus uero ad brachium mamillamq; cum grauitate extenditur uenæ sectio, hæc igitur aliaq; huiusmodi & præterea quę de consuetudinibus in superioribus dicta sunt, Cnidij medici prorsus pręterierunt, longeq; magis horum naturas temperamentaq; corporum quorum in uolumine sæpenumero meminit: nõnullas amara bili, quasdam atra abũdantes appellando: consequenter pręterea ad has intentiones de sanorum uictus mutatione edocuit quo pacto corrigenda sit ac eorum qui in aduersa ualetudine con-

stituti sunt, necnon inde uino mulsa oxymelite atque aqua sermone has easdem intentiones commemorauit: morbi quoque concoctionem sæpe meminit, hanc haud paruam intentionem faciendo: tum totius uictus, tum mutationum in eo facturum: Haud aliter etiam de morbi uigore quippiam rettulit, ad quem respiciendo nutrimentum exhibet, non ueluti ad pessimam uictus intentionem: uniuersa hec ceteraque huiusmodi Cnidij medici prætermiserunt, que predi scere medicus debet, quàmuis nihil æger dixerit.

Finis tertij libri.

CLAVDII GALENI PERGAMENI in librum Hippocratis de uictu in morbis acutis Cōmentarius quartus, Paulo Iuliario medico Veronensi interprete.

QVæ post sermonem de lauacris in de uictu uolumine dicta sunt: plerique medici haud ab re Hippocratis non esse suspicati sunt, nam tum interpraetationis facultate, tum speculationum diligentia a superioribus distant: quàmquàm ij qui hec Hippocratis esse arbitrati sunt, absque ratione moti non sint, eorū enim que litteris prodita sunt intellectus, eius menti aduersus non est, ut suspicari liceat, aliquem eius discipulum ea conscripsisse, multa uero in ipsis contenta cum intellectu, contextum quoque inculpabilem retinent, quocirca rationi consentaneum est, existimare Hippocratem ea litteris mandasse, quum ad librum componēdum se accingeret, quemadmodum in de uictu acutorum uolumine pollici-

tus fuerat, in quo uniusuiusq; morbi curationem edoceret: quãquàm alios quoq; contextus inuenire licet in proposito uolumine qui aperte Hippocrate digni non sunt: quãobrem proprijs ascriptos esse existimandum: ueluti etiam in aphorismis in extremis uoluminis partibus nõnulli huiusmodi uisi sunt, nam quia in uoluminum initijs scripta in multorum memoria seruantur, scriptores in fine talia ascribunt, quod etiam in de uulneribus capitis uolumine fieri uisum est, quinetiam in secundo de morbis uagantibus cõmentario: haud aliter in proposito uolumine adiecta nõnulla inuenire licet, longeq; magis in extremis: quum itaq; ut quispiã diceret, quatuor in eo species reperiantur, una quæ tum contextu, tum intellectu, Hippocrate digna est: altera quæ in altero tantum uel contextu uel intellectu, alia quę in neutro ipsorum: in unoquoque qui ad exponendum proponetur contextu hoc ipsum significabimus.

Textus primus.

Quum in æstiuo tẽpore exsiccatæ uenæ, acres biliosasq; sanies ad sese trahunt, affectus ardens gignitur.

Aestiuum tempus dixit calidum, et siccũ siue in fine Veris, siue in Aestatis initio, siue in medijs, aut ultimis, siue in Autumni principio fuerit: demonstratũ autem est, in de morbis uagantibus cõmentarijs ambientis nos aeris temperamentum, unà cum eo corporis dispositione permutare, siccum ad siccius, humidum ad humidius: quinetiã naturale temperamentum, moderatum tempus seruare ostensum est, quando uidelicet reliqua uniuersa eodem pacto se habent, quæcunq; toto in uictu homines agunt: demon-

stratum præterea est, corpus quod naturalem, moderatamq; constitutionem exiuit, in quocunq; exiuit, mutatumq; est, in hoc etiam proprio auxilio indigere, exsiccatum humectari, humectatum exsiccari, calefactum, refrigerari, & refrigeratum calefieri: quum itaq; in quadam rerum cõstitutione quarum ipsæ exempla dicet, in qualibet corporis parte, nonnullę uenę exsiccantur, ex propinquis partibus humiditates attrahunt: si igitur uelut consistentia, naturam humidam: haud secus humectamẽ facultatem habuerint, in exsiccatis uenis contente humiditates: pars naturale temperamentum assumet: q; si humiditas qualitate acris, facultateq; exsiccatiua fuerit, corpus incendetur: quemadmodum si quispiam sitiens, uel uinum aquę marinæ permixtum, purum, uel aquam salsam abunde biberet, quod etiam in meipso expertus sum ob ęstiuum iter sitiens, quum uini antiqui parum meratioris calicem unum bibissem, eo sitim magis auctam, nõ sedatã fuisse: quẽadmodũ ergo nos, quãquã rationẽ quę appetitui dominetur, habemus, interdum negligentius, quandoq; incõtinentiùs, quinetiam nonnunquã, quia melius non adest, ad salsum quendam, acremq; potum peruenire cogimur: haud secus quoq; uenarum trahendi facultas, eorum quę propinqua sunt, humiditatem, undequaq; attrahit, eius substantiam qualis sit haud discernendo: non enim rationem obtinet, ut quippiam de meliori consulat: sed perinde ac pueri, brutaq; quum sitiũt, quod occurrit humidum eligunt, eodem modo & illæ: quando igitur in una corporis parte affectus hic oritur, Erysipelatodes passio tantum in hac erit: quinetiam uenę toto in corpore exsiccatæ, si ex carne humiditates calidæ

attrahunt, toto in corpore ardens affectus gignitur: Cęterum affectus qui proprie ardens appellatur, non modo caliditatis uehementia uniuerso in corpore genita, uerumetiam siti distinguitur: uiolenta enim continuaq; in hoc existit: proposito ergo cōtestui de affectus ardētis generatione, de partibus sermo deficit, quē nos nup addidimus: interdū enim in una parte, quęcunq; sit, aliquando uniuerso in corpore affectus ardens gignitur: in eo quidem qui toto in corpore orituro per uniuersum morbi decursum sitis fit, in his uero qui in una quadam parte fiunt, nequaquàm ex necessitate, nisi ea pars sitim promouet, omnium primo pręcipueq; uētriculi os, deinceps uentriculus sequitur stomacus postea pulmo, deinde ieiunum: nunquid ergo hoc tantum pacto: perinde ac ipsę retulit affectus ardēs oritur: quum uenæ acres, biliosęsq; saníes ad sese trahunt: an quum caro hoc idem patitur affectus ardens est, siue in una parte, siue uniuerso in corpore talia pati, contigerit: hanc etenim eorum quibus indiget attrahendi facultatem obtinere demonstratum est: quāquàm alio quoq; pacto, haud absimilis affectus oritur: dico autem alio pacto: quando excrementa ex partibus ualidioribus ad imbecilliorem transmittuntur, nam perinde ac attrahendi haud secus expellendi facultatem in unaquaq; parte esse ostensum est: fieri itaq; potest, ut interdum ex una parte, interdum ex pluribus acres, biliosęq; sanies expulsæ, dictis partibus, quæcunq; harum imbecillior fuerit, infundantur: tenues autem humiditates, sanies appellare manifestum est.

2

Et uehementem febrem habet, corpusq; perin-

de ac fatigatione oppressum laborat, & dolet.

Vehementē sanè febrem, habet obtenuium humiditatū natu ram quas acres biliosasq; dixit: ab huiusmodi enim hu moribus uehementissimæ febres ortum habēt, hoc est mul tam, maximeq; acrem caliditatem obtinentes: ueluti etiā minorem, minusq; acrem pituitosos humores insequūtur: uniuersum autem corpus laborat ulcerosa lassitudine ob= tenuium humiditatum acredinem: uerum de omniū lassi= tudinum differentia in eo uolumine quod de tuenda uale tudine scripsimus, perfecte dictum est.

3

Quinetiam ex longo itinere sitiq; diutina, quū exsiccatæ uenæ acres biliososq; fluxus ad se alliciunt, magna ex parte oritur.

Ab initio quoq; dixit, necnon rursus hoc in loco exsiccatæ addidit, causas quæ primitiuæ appellātur. ueluti in exē plo declarando, calidę enim siccæq; uniuersæ ardentes affectus efficere possunt, enimuero ex uini amplioris po tione cum eo marina aqua permixta, ardēti affectu nō nullos correptos noui ueluti alios ob piscium ouorum sa= litorum & salsarum carnium, necnon quorundam aliorū salsamentorum immoderatam commestionem: Alter uero ex itinere uehementiq; calore ueniens, in primis elotus est, quum autem ad domum peruenisset, uinumq; bibis set exiguæ admodum aquæ permistum ardenti affectu corripi cœpit, quinetiam alius admodum iratus atque alius quum uigilasset.

4

Lingua autem aspera & sicca & ualde nigra fit: uenterq; mordicatus dolet: quinetiā ægestio

nes humidæ igneæq; colore egrediuntur, sitis uehemens, ac uigiliæ adsunt, atque nonnunq; mens perturbatur.

Ardentes affectus insequentia hoc in sermone percutit, quę assidentia quoq; appellant, sunt autem hæc lingua sicca & aspera & nigra & uentris mordicatio & ægestiones colore similes igni, & sitis uehemens atque uigiliæ, necnon interdum desipientia: lingua quidem arida fit, quia etiam totius corporis affectus aridus, calidusq; est, & febris huiusmodi: eorum autem quæ in uentre continentur mordicatio ob tenuarum humiditatum ad ipsum confluentium acredinem: ægestiones uero secundum humorem exuberantem, humidas autem eas dixit: haud quaquàm coctas esse declarans: nam coctio uniuersa unit, necnon ad crassitiem perducit: At uigiliæ ad hunc modum affectis ob siccitatem eueniunt immoderatam nāq; humiditatem somnos profundos, & multam siccitatem uigilias efficere demonstratum est: accedit quoq; ob alijs symptomatibus labor qui uigilię causa fit: Cæterum delirium tum a bili ad caput recurrente, tum a temperamēti siccitate caliditateq; fieri didicimus: quū autem quispiam simpliciter bilem ait, amaram indicare in superioribus dictum est, quam etiam igneā colore, flauamq; appellant: Vt igitur nihil pręter missum est, quod ad affectum ardentem biliosum pertineat, nisi q non ex attractione tantum, uerumetiam a sanierum influxu euenit, sic nonnulla sufficienter litteris prodita sunt: quoniā dictorum, nonnulla ardētem affectum significantia symptomata, nonnulla assidentia existunt: eorū uero quę ipsos producunt, aliqua præcedētia sunt quædam præincipientia

a medicis appellata. Omnium quidem quæ dixi præcedentium symptomatum quoquo pacto uolueris enumerationem facere tibi licet. Verum voluminis conscriptor a præcedentibus incepit, uenarum enim exsiccatio præcedens causa est, deinceps præincipientes enarrare conuenit. ueluti longum iter sitimq;, quos non commemorauit. sed passionem significantium, uehementem febrem: sed hoc in loco uehementem sitim adere oportebat: quam deinceps unà cum reliquis syptomatibus, quę assidentia appellantur rettulit: quorum aliqua interdū, nonnulla semper ardentibus affectibus insunt, quod etiam ipsę declarauit ad hunc modum dicens atq; nonnūquàm mens perturbatur: nonnunquàm enim ipsi semper opponitur: ego autem aio uentris mordicationem, biliosasq; ægestiones, eorum non esse quę ardentes affectus concomittantur, ob morbi nanq; magnitudinem necnon acrium sanierum ad internas partes inclinationem, hæc his eueniunt qui in uētre iocinoreq; ardentis affectus incendium habēt: At his qui in pulmone hæc nō admodū accidūt, sed circa linguā dicta, & desipientias potius, quinetiam isti ea anhelitus difficultate laborant in qua frequens magnusq; spiritus redditur, continuoq; os aperiendo exufflant, igneiq; spiritus effusione alleuiantur: quod itaq; ad anhelitus difficultatem pertinet, tantum pretermissum est: quāuis indè pręcognitionibus uolumine dictum fuisse ostenderimus, lingue uero symptomata absq; ordine scripta sunt, prius enim siccum scribendum erat, deinceps asperam, ob imoderatam nanq; siccitatem lingua aspera fit, quocirca aspera, prorsus quoq; sicca erit: Verum ab immoderata caliditate etiam nigredinem acquirere, ut cutis in estiuo so-

le permanentibus iam in superioribus didicimus.

5

Huic aquam, mulsamq; coctā aquosam exhibe, quantum uult.

Quāuis hoc uolumē ab Hippocrate scriptum non sit, adeo tamen antiquum est, ut etiam Erasistrati tēpore iam proprio adiaceret, mirum ergo quo pacto Erasistratus aduersus Apollonium Dexippumq; de cerealibus cyatis ea cauillare ausus est, qui enim hęc litteris prodidit, Hippocratis mentem melius Erasistrato noscens ardenti affectu correptis quantum etiam propinari uolunt permittit, sed in legitima uoluminis parte Hippocratem etiam hoc pacto opinari demonstraui: de Erasistrati itaq; malignitate hæc sufficiāt, atq; in contextu dicta iam consideremus, neq; enim aqua sola neq; mulsa sola affectu ardenti laborantes regendos iubet. nam aquam quum natura frigida sit tarde penetrare, longoq; tempore in præcordijs permanens, in acutis febribus corrumpi didicisti: mel autem facile in bilem conuerti, quocirca aquosam mulsam exhibendum consulit, ne aqua in superiori uentre moram trahat, siquidem a melle permisto ad distributionem manuducitur, propterea quoq; ipsam coctā exhibet. hęc enim magis cruda sitim sedat, flatumq; discutit, necnon lotium magis citat ægestiones aqua mulsa cruda cōcocta enim minus acris redditur, non modo quia in decoctione digeritur, uerū etiā quia uniuersa eius spumositas aufertur, ne qua acredo flatuositasq; in aquæ mulsæ substātia existit quę autem decocta est, a mordicatione flatuq; aliena redacta distribuitur magis quàm per intestina descēdat, quocirca etiam magis cruda enutrit: At hoc pacto labo-

rantes quum ptisanæ cremorem non assumant, ex mulsa enutriri indigēt, sed in maxime acutis morbis de solis potibus regendis in superioribus in propria uoluminis parte dictum est: hęc autem uniuersa in huius uoluminis hoc in loco propositi expositione, his qui prius cognouerunt, memineruntq; interpretationes in legitimis editas, ad hunc modum dicta sunt, & dicentur.

6

Quod si os amarum sit tum uomitus tum clysteris usus confert.

Bilis amaritudo os reddit amarum, communis enim undiq; tunica est tum internas uentriculi partes, tum uniuersum os comprehendens: ratione itaq; conscriptor uomitu & clystere bilem euacuat.

7

Verum si ab his non liberatur lacte asinino decocto purgato.

Quia uentris bilem prorsus euacuare uult, pharmaca autē quæ purgandi uim obtinent, quia acria calidaq; omnino sunt, ueretur: proinde ad asininum lac accedit, quod nullam acredinem ut neq; aliud quippiam obtinet, sed humiditate cæteris uniuersis magis abundat, & propterea solum subit: ob flatum uero id prius concoquit, uerum tu solo etiam sero uti poteris ipsum separando quando lac pręcoxeris, oxymelite, Aeneum uas aqua frigida plenum in lacte frequenter immitēdo, etenim hęc impositio, si recte fiat serum a caseo seiungit.

8

Salsum uero acreue nihil offerendum, nō enim subducet.

Salsus sapor qualis sit in sale uidetur, uerum in quarto de simplicibus pharmacis uolumine, de substantia facultateq; acri dictum est, quoniam piper, sinapis pirethum & cętera quaecunq; calida facultatibus sunt, acria gustu apparent: tanquàm ergo ardentium affectuum dispositionem augentia salsa acriaq; euitari iubet, quæ maiorē quàm acria exsiccandi facultatem obtinent, & si ut illa nō calefaciant, sed minus.

9

Donec morbus iudicatus non fuerit sorbitionem exhibere haudquaq̃ oportet.

Subintellecto prius facultatis robore sermonem intellige, ad hunc enim modum etiam Hippocrates doctrinam facit magna ex parte uniuscuiusq; intētionis præcepta scribendo, postea hoc pacto semel dicendo eum qui eorum facultates considerare debet ea præcepta inuicem conferre oportere, ꝙ autem si uires sufficiunt, ante iuditium sorbitionem exhibere nō conueniat, in prima uoluminis parte quę legitima est, declarauimus.

10

Si sanguis e naribus fluxerit soluit passio, quin etiam si sudores decretorii legitimi superuenerint cum lotiis in quibus alba & crassa & lenia ernia subsederint.

ferueñs *Fuens sanguis in acutis febribus ad caput fertur, quando igitur natura uenas rescindendo hunc unà cum uaporibus contristantibus effundit. promptius reliquis dominatus, eadem quoq; ratione quum per sudores feruentes sanies emittit morbum curat: si concocto affectu superuenerint, iam enim in cęteris exponētibus uoluminibus necnō*

In his quę de iudicio scripsimus de hoc sæpenumero dictum est, quemadmodum igitur in prima huius uoluminis parte legitima ab omnibus confessa: morbi concoctionis intentionem ueluti ad uictum utilem assumpsit: ad eũdem quoq; modum hoc in loco ad prędictionem, ipsæ quidem concoctionis nomen litteris non prodidit, eius autem certissimum inditium in lotijs scripsit: optimum itaque lotium est quod album leneq; sedimen obtinet ut inde præcognitionibus uolumine declaratum est: non tamen existimes semper apparere, sed tibi satis sæpenumero erit, in colore consistentiaq; naturali si optimam suspẽsionem uidebis, ad salutis spẽ: hisq; ad hunc modum se habentibus contextus in interprætatione superfluus est: nam a dictis lotijs sudores quoq; decretorios esse indicatur, quo circa superflue additum est: legitimi uero non proprie in ipsis dicuntur: nam tum Hippocrates tum cęteri optimi medici, huiusmodi appellatione in morborum formis uti consueuerunt.

II

Si abscessus oriatur.

Affectus ardens obscessu rarissime iudicatur, longeq; magis si aliquam corporis partem non addendo, quispiam enuntiauerit, abscessibus enim post aures quosdam ardẽtes affectus iudicari noui, sed haud legitimos, quod paulum inferius post interprętationem adisces.

12

Quod si absq; his soluatur morbus rursus reuertetur uel coxæ uel crurium dolor eueniet: Crassaq; expuet si bone ualetudini restitui debeat,

Posteaq̃ ſanguinis e naribus fluxum ſudoremq́; commemorauit, ſi affectus ardens abſq; his quieuerit, ſolutionẽ incertam eſſe ait: parum enim poſterius reuertetur; erit enim inquit quum reuertetur crurium, uel coxæ dolor, craſſaq́; expuet: nam eũ qui iudicari debet: indigere ſanguinis e naribus fluxu, uel ſudore, uel abſceſſu ſane cuipiam dici uideri poſſet, ſi dictis etiam addantur quæ medicus iſtæ litteris prodidit quum uomitum uẽtrisq; ſubductionem iubet. necnon aquam, mulſamq; aquoſam coctam in potu exhibet: quocirca ſi quiſpiam cum his, fluxum ſanguinis e naribus & ſudorem & abſceſſum, ardentem affectum ſoluere dixerit: nec aliter ſolui poſſe: fortaſſe quandam rationem mitem dicere uidebitur. dixi autem mitem ueluti moderate ueritatem comprobantem magisq; quàm antea, non tamen prorſus inculpabilem: nam ſermo ueritatem haud quam obtinet, quod enim in aphoriſmis dictum eſt, ab ardenti ægritudine affecto rigore ſuperueniente ſolutio fit, ueriſſimum eſt: hunc autem rigorem interdum ſolus ſudor nonnũquàm tantum bilioſorum uomitus, uel uentris ſubductio ſola, ex neceſſitate inſequitur, haud raro autem eorum trium dictorum duo eueniunt, rurſusq; interdum tria: nam in ardenti affectu ſi perfecte ſolui debet duorum alterum fieri neceſſe eſt, uel bilioſos humores prorſus excerni uel extingui: proinde propriſſimum ardentium affectuum remediũ prętermiſſum eſſe uidetur, frigidæ aquæ potio: qua affectus ardentes ſemper curauimus, nullo cui aquam frigidam in tempore conuenienti exhibuimus, e uita decedente: de qua in prioris uoluminis partis expoſitione paucis egi, in cæteris uero commentarijs uoluminibusq; copioſius:

uerumenimuero quispiam me dicere arbitrari posset, nullum ex affectu ardenti correptis, si aquam frigidam in tēpore conuenienti propinetur periturum: atqui hoc haud quaquàm dixi: sed ꝙ omnes quibus exhibui, qui multi adeo sunt ut eorum numerum meminisse non liceat, utilitatem salutemq; consequuti sunt, quod idem cum hoc nequaquàm est, omnes ardenti affectu laborantes: si frigidam aquam propinentur saluari, nam qui pernitiose & absq; aliqua salutis spe se habent, neq; ab aqua neque ab aliquo alio liberari possunt: quod uero in fine contextus dictum est, crassaq́; expuet, si bone ualetudini restitui, debeat in his solis ardentibus affectibus obseruandū quicunq; affecto pulmone eueniunt.

13

Ardentis affectus aliud genus est: uētris subductio, sitis uehemens, lingua aspera, arida, salsa.

Generis nomē interdum quoq; in æquiuoce dictis antiquos græcos proferre inuenio, quæ unum significatum obtinēt, ob eius autem sectionem ad plures differentias perueniunt, in quo duas uel tres uel quatuor uel quot fieri possunt, huius rei esse generales differentias, sæpenumero dicere consueuimus: cæterum quum etiam equiuoca duplicia sint, nonnulla nequaquàm inuicem conuenientia: ut quum & terrestrem & marinum canem dicimus, aliqua in aliquo cum uniuocis communicant, quando ab uno appellationem genitam obtinent, ad quem referuntur: duo ardentium affectuum genera perinde ac dictum est considerandum, quod exquisite dignoscetur, nominis substātiæ ratione utriusq; declarata: Quoniā autē ratio ab intellectu iudicatur considerandū si affectus ardentis intel-

lectum adeo conuenientem habemus ueluti hominis bouis & equi: uerum quum sermo ad maiorem prolixitatem trahi debeat, quàm ad unum uolumen pertineat ipsum quemadmodum quoque cæteros ad summam contrahere studebimus, hinc sumpto initio: Ardentem affectum medicos dicere inuenio quum caliditas hominem deurit, sitimque continuam obtinet, quod si hoc ad hunc modum se habet qui absque corporis deustione sitim quę mitigari potest, habet, non simpliciter affectum ardẽtem exquisitum legitimumque dicemus, quum uero semitalis sit breuis doctrinę gratia, ardentem affectum haud legitimum appellare non malum est: perinde ac in tertianis febribus appellationibus uti consueuimus, haud secus duo esse ardentium affectuũ genera intelligemus, ueluti si quispiã duo etiam tertianarum febrium genera esse diceret, alterum exquisitum legitimumque, alterum non legitimum, cui nõnulla huiusmodi symptomata adsunt quędam minime: Quod autem secundus ardens affectus de quo hoc in loco sermonem habere propositum est, ueluti diminutus quidam sit, & non perfecte absolutus, his symptomatibus a conscriptore in eo euenire dictis, mentem adhibendo, exquisite nosces: ab initio nanque dixit uentris solutio, uehemẽs sitis, lingua aspera arida salsa, quod in priori apposuit non addendo: non legitimus enim legitimi ardentis affectus symptomatum alterum obtinet, alterum haud habet, quinetiam quum deinceps dixit linguam esse asperam, aridamque, nigram non addidit, quemadmodum in priori, sed huius symptomatis loco, salsam protulit: nam quemadmodum quũ lingua amara sit, flauam bilem exuberare indicatur, haud aliter quando salsa, salsum, salitum que

litumq; appellatũ humorẽ, quẽ in pituitæ speciebus quę tres sunt, uidere licet, ueluti didicisti, acetosa, salsa, dulcis: Quemadmodum ardens affectus ab amara bili proueniens excretiones duplici de causa igneas colore reddidit, tum quia in eo accedente flaua bili, incendens febris aucta fuerat, haud secus pituitosus humor neq; facile excernitur, neq; febrem auget, neq; flameam sitim producit: neq; in flatum eleuatur: atq; ob eam causam in eo dictum est, uentris subductio, quæ solum ipsum egerere indicat, quod non egerere opponitur, aluus quidem his subit, non tamen secundum aliquam humoris speciem, sed ipsis pro nutrimento oblatis forte corruptis, isti namq; potibus non reguntur, sicut plurimi priore affectu ardẽti laborantium, quia breue iudicium habent, quãdoquidẽ tenuem, feruentemq; humorem assequuti sunt: hic uero affectus ardens ob pituitę substantiæ, tum frigiditatẽ, tum uiscositatem tum crassitiem tardum obtinet, igitur ad hũc modum laborantes solo potu uti non contingit, hoc enim didicimus in his morbis qui circa quintum uel septimum diem concoqui debent, quũ uidelicet facultas ualida fuerit: q; si ad nonum uel decimum quartum uel uigesimum morbus protrahi debet, ptisanę cremore ab initio utimur.

14

Vrinæ deffectus.

Ab ipsis dici consueuit, quum uel non effatu digna, uel nequaquàm emittitur, quod in ardenti affectu in sermone proposito ab humoris crassitie euenit.

15

Vigilia.

Ambobus ardentibus affectibus hoc commune est, quocirca

ea in priori ipsum commemorauit, in illo etenim magis euenit, quia caput quoq; magis ignitur.

16

Extrema refrigerantur.

Hoc symptoma secundi ardentis affectus est, simpliciter autem sermonem dici minime oportet: sed cũ aliqua determinatione, non enim semper huiusmodi est, uerum quũ malignus fuerit: nã in biliosis ardẽtibusq; febribus, usq; ad corporis extrema caliditas extẽditur q̃q̃ ardẽs affectus malignus non fuerit: in pituitosis uero, fumosæ caliditatis substantia, quum in locis uentris, uel iocinore, uel pulmone salsi humoris, putredo fit, ab ea caliditas gignitur morbo autem ad malignitatem redacto, ob facultatis imbecillitatem extrema refrigerantur, nec non inflammationis magnitudine, uniuersum sanguinem ad seipsam trahente, nam absque his pernitiosus morbus nunquàm factus est

17

Nisi ad hũc modum affecto sanguis e naribus fluxerit, uel abscessus circa ceruicem oriatur, uel crurium dolor, crassaque sputa expuerit, hæc autem consistente aluo eueniunt coxarum dolor, uel pudendorum liuor, non iudicatur passio, necnon testiculus intendatur decretorium.

Febres a pituita putrefacta prouenientes abscessibus, magisquàm excretionibus, solutionem habere, sæpenumero demonstratum est, in proposito uero ardenti affectu abscessum tantum non commemorauit, uerumetiam sanguinis e naribus fluxum addidit, qui in illis ardentibus affe-

ctibus potius euenit, in quibus passionis consistētia in pulmone fit: in huiusmodi enim affectibus capite calefacto, sanguine repletur, fractisq; uel apertis uenarum orificijs quod exuberat effundit, ob eandem quoque causam ad hunc modū affectis, circa ceruicem abscessus, & post aures eueniunt: quibuscunq; uero passionis consistentia in ieiuni, iocinorisq; partibus orta est, his deorsum potius abscessus eueniunt, quocirca & coxarum dolor, & pudendi liuor, & testiculi tensio, hoc pacto laborantibus eueniunt. fit autem testiculi tensio, interdum ab inflāmatione quæ in eo est, interdum ab aliquo eorū quę in partibus superioribus inflammata sunt, trahente quosdam autem ipsorum crassa sputa expuere de obtinentibus in pulmone passionem dictū est, coctione iam facta: ex hoc ergo doctrinæ confusio inordinatio, & indeterminatio manifesta est, quod designationi uoluminum gratia factę, conuenit uolumini uero proprium haudquaquā est. quum enim in non paucis affectis partibus huiusmodi febres oriantur, symptomatum enumerationem deinceps scribere oportebat, nec indeterminate inordinateq; sed in proprio proposito morbo: uentris quoque subductio ad eundem modum dicta est, non quia hoc symptoma ardētibus affectibus semper insit, sed interdum, nam in uentre dictum affectum habētibus corruptis cibarijs, egestiones humidę sunt, uerum in pulmone obtinentibus, quum uentriculus affectus non sit, egestiones huiusmodi esse haud necesse est, hoc enim pacto dispositis, interdum oppositū euenit duram ad egerendumq; difficilem aluū esse, quinetiam quibus in iocinore ardentis affectus ueluti radix existit, necnon ardenti affectu ob iecur laborantibus in-

terdum humida excretio interdũ aridæ egestiones egrediuntur, perinde ac illæ quæ sphereales appellantur deustis uidelicet oletulis a uisceris inflammatione quod fit quando inflammatione tantum correptum est, q̃ si unà cum inflammatione imbecillitas adesset, humidæ egererentur, quum uiscus ad se nutrimentum attrahere nõ possit: distinguuntur autem huiusmodi excrementa ab his quę uẽtriculo affecto fiunt, quia cum chylo permista sunt.

18

Sorbitiones euulsoria dato.

Quod sępius dicere cõsueui, obscuras dictiones nihil edocere, in pręsentiarum quoq; dicam: nam ob pituitæ malignitatem laborãtibus potus oxymelitis utilissimus est, nutrimentum uero ptisanæ cremor, quocirca quum hæc cognoscam, nec ab aliquo alio didicerim ad me diuinare nõ pertinet, quas sorbitiones euulsorias appellet: oxymel nanq; incisiuum diuisiuum & abstersiuum dicere cõueuenit, euulsiuum haud quaquàm: quemadmodum autẽ in eo euulsiuum ostendere nequimus, ad eundem modum neq; ptisanæ cremorem euulsiuum esse demonstrabimus: forsitasse quispiam dicet, cum euulsorijs uentris subductionem eum iubere. cum his uidelicet quæ crassum humorem trahendi facultatem obtinent, qualis est pituitæ humor, sed sorbitiones haud quaquã dixisset, nam huiusmodi opus ad pharmaca non ad sorbitiones pertinet, ueluti neq; ad potus, obscuris ergo dictionibus nos nihil discernere manifestum est, atq; proinde huic dictioni amplius non insistemus: nihil enim determinatum, nihil firmum ab ea inuenire licet, Cæterum non noui quo pacto quemadmodum in alijs non paucis, ad eundem modum in laudando

quæ obscuræ dicta sunt, homines oberrant quāuis uniuersi ut ex uno hore claritatē interpraetationis uirtutem obscuritatem malitiam esse dicant.

19

Cæterum in acutis affectibus uenam incide, si uehemens morbus uidetur, & laborātes ætate uigent, atq; ualidas uires habuerit.

Hic sermo Hippocrate dignus est, sed miror quo pacto in aphorismis ipsum non scripserit in paruo enim contextu magna uis est ut in aphorismis: sanè de his qui uenę sectione indigent, sæpenumero à medicis dictum est, quorum quæ de uenæ sectione maxime persuasibilia esse uidentur in duobus uoluminibus a nobis scriptis secure dicta sunt, quorum alterum de uenę sectione inscribitur in quo uniuersa utilia edocentur, alterum ut dixi medicis Empiricis dogmaticisq; scriptum est: thessalici uero à methodo aliem, quemadmodum cætera simpliciter absq; demonstratione aiunt, ad eundem quoque modum uenæ sectionem relaxatorium esse remedium asseruerunt, ipsum autem relaxatorium differenter exponunt, uelut in meis commentarijs de methodica secta pertractantibus demonstraui: uniuersam ergo de uenæ sectione historiam intelligere uolenti nostra cęterorumq; medicorum uolumina cognoscere conuenit, sed hoc in loco ipsum caput ad paucas intentiones ab eo redactum audi: uenam enim incides primo si ubi magnus morbus uidetur, in uehemētibus affectibus qualitate perspecta manifeste auxilio utitur, uehementem tamen uel magnum dicere morbum nihil differt, secunda uenę sectionis intentio est, si laborans ætate uiget, neque enim puer, neque senes uenæ se-

ctionẽ ferũt, q̃uis magno morbo laborẽt, tertia uero intẽtio, uitalis facultatis robur, à conscriptore dicta est, nam etiam uigentium robur in morbis haud semper apparet, uerum fortasse cuipiam uidebitur: duas solas uenæ sectionis intentiones supponere satis esse, morbi magnitudinem & facultatis robur: senes namq; non ob ipsam annorum multitudinem, quantum ad eius rationem pertinet, sed ob facultatis imbecillitatem uenæ sectionem non sustinent, pueri uero quãquã uitalem facultatem ualidam habent nihilominus neq; ipsi uenę sectionem tolerant: ob temperamenti namq; humiditatem, caliditatemq; ipsorum substantia prompte per halitum digeritur, quum ergo à tẽperamento insitam euacuationem habeant, uenę sectione haud quaquã indigent: quocirca morbi magnitudinem, facultatisq; robur uenæ sectionis intentiones esse non satis est, sed uigentium quoque ætatem addere melius fuit: Ceterum in contextus initio dictum, quo pacto dictum est considerandum: in acutis affectibus uenam incide: sed qua de causa diuturnos non meminit: An quia hoc in loco de acutis doctrinam facere intentio est, atque ob id eos solos commemorauit: diuturnorum enim haud pauci, quum & ipsi dictis tribus intentionibus subiacent, uenę sectione indigent: quum autem uniuersa hæc recte dicta sint nonnullos his haud recte uti existimandum quorum etiam Menodotus Empiricus est, qui in solo plectorico uocato concursu uenę sectionem obseruandam ait, nos autem eo etiam non præsente uenam secuimus, quando uehemens dolor repente hominem inuasit, uel pars aliqua fracta est, uel os in articulo exiuit, aut alius articulus euleuatus est, nec semper uenã secuimus quãuis ple-

ctoricus concursus genitus esset: sed tum frictione tum amplioribus lauacris tum uictu tenui, duobus uel tribus diebus ad naturalem habitum reduximus: uerum inde repletione uolumine, ac in eo quod de uenæ sectione posteris reliquimus de his abunde magis dictum est: quinetiã in eo commentario quod de medendi methodo pertractat: hęc igitur in pręsenti loco sufficiãt ut inde uene sectione uolumine dictum est: Cæterum ut nihil relinquatur ambientis nos aeris intentionem addam: quando effatu dignum calidus, siccusq; fuerit, adeo ut ab eo corpus cito per halitum digeratur: tunc a uenæ sectione abstinebimus & si magnus morbus sit, homoq; uiget, libri ergo conscriptor, cætera scribens hoc tantũ prętermisit. quinetiam affecti corporis habitum. At in libri processu habitum quoq; commemorauit, qui etiam ætatis differentias in seipso cõprehendere potest: queadmodũ demõstrabo.

20

Siquidem angina fuerit, siue alius lateralium morborum quispiam eligmate purgato: q; si imbecilliores ægri uidétur, siue amplius sanguinis emisisti, tertio quoq; die clystere aluo in mittendum, donec in tuto fuerit æger, uel etiam fame indiguerit.

Angina partium faucium inflammatio est, quæ post uenæ sectionem eligmatibus purgari potest, hoc est in inflammatis partibus contenta per sputum euacuari, nam impurum corpus superfluitatibusq; repletũ, quum euacuat merito quispiam purgari diceret: Cæteras autẽ acutas ęgritudines prætermittendo, de morbo laterali sermonem fecit, quemadmodum etiam in primo uoluminis parte egit.

quod si ait, imbecilliores tibi esse uidentur, uel ob sanguinis multitudinem in uenę sectione detracti, uel etiam aliter purgationi; loco, tertio quoque die clystere utere: corpore enim à uenę sectione relaxato, quantum lædentium humorum qualitate prauum relictum est, euacuare uult, uerum non modo cibi superfluitates subducendi uerum etiam affectum locum purgandi intentionem habere manifestum est, quod uero in fine sermonis propositum est, uel si fame indiguerit, patet his qui in primo uolumine a nobis edocta meminerunt.

21

Inflãmata præcordia non ab inc lusis flatibus, septi transuersi intensiones uel flatuum prætẽsiones, sicca spirandi rectitudo quibus pus nõ subit, sed a spirituum interceptione affectus illi eueniunt potissimum u cro tum iocinoris dolores, tum lienis grauitas aliæque inflammationes, & superiores septio transuerso dolores & morborũ collectiones solui haud possunt, si quis prius pharmatiam exhibere aggrederetur: At uenæ sectio in huiusmodi præcedit postea clysterem immittere, nisi magnus uehemensque fuerit morbus, si uero non, posterius etiã pharmatia opus est: uerum post uenæ sectionẽ tutæ mediocrisque indiget pharmatiæ.

Morborum prius uenę sectione deinceps purgatione indigentium enumeratio est: quorum omnium primo inflammata pręcordia scripsit: inflammationis nomen Hippocratis more non intellige uniuersi etenim flãmei calidique morbi indicantur, erysipelata herpetes & carbunculi &

quæ propriæ phlegmone appellãtur: Cæterum uniuersi iuniores medici nomen quod antiquo tempore omnibus commune erat, de una inflammatorum corporum spetie proferunt solumq; hoc pacto eum tumorem appellant: qui resistit, et cum multo calore dolorem obtinet, uerũ quum alÿ quoq; prẹter naturam tumores reperiãtur ueluti durus abscessus & a iunioribus medicis Hidema uocatum (nam etiam hoc nomen antiquo tempore omnibus præter naturam tumoribus & ad hẹc flatuositati commune erat) de his in uno uolumine alibi diximus. At in prẹsentiarum quemadmodum cætera haud secus & hoc summatim dicendum: durus abscessus tum resistens, tum dolore uacans tumor est: flatuositas autem duobus modis fit, uel quum flatuosus spiritus in nonnullis sensatis concauitatibus coaceruatur, aut in his quæ ratione contemplari possunt: quod sæpenumero uidimus: nonnulli enim quosdam præter naturam tumores inciserunt, ut in profundo pus inuenirent, deinceps nihil aliud inuenerunt quàm flatum per uniuersam carnẽ paulatim dispersum, atque interdum solas eas sanguinis collectiones quas trũbos uocant, ad hunc modum secantes, inuenerunt, uel uiscosam uel mucilaginosam humiditatem: sed in huiusmodi tumor ex thrumbo uel mucilagine erat, nec secus caro disponi uidebatur, atq; flatus in hac paulatim dispersus est: in dictione itaq; in sermone proposita inflammata prẹcordia in cõsueto Hippocrati significatu, haud quaq̃ dici mihi uidetur, quem enim intellectum haberet, quod in ea proponitur, non ab inclusis flatibus, quandoquidem flammea prẹcordiorum caliditas, siue cum flatu fuerit, siue non, eandem indicationem obtinet, ne q; etiam ita di-

cere uidetur, ut in unione tum inflammationis tum flatu-um inclusionis fieri dicatur, quod ueritatem minime obtinet, nunquã enim flatus inclusio flameum affectum in pręcordijs infert: uidetur itaq; conscriptor inflammata præcordia dicere in tumorem elleuata, his deinceps septi transuersi intensiones commemorauit, postea flatuum prętensiones, septi quidem transuersi intensio manifesta est, spiritus uero prætentos dicere uidetur: impeditos, de quibus in priori huius uoluminis parte scriptum est: spiritus in superiori latione offensus, atque in illius contextus interpretatione de eo dictum est: siccam uero rectam spirandi difficultatem dixit, absque sputis uel tussi adeo ualidam spirandi difficultatem ut ægri decubitum haud tolerent sed suffocentur, quam ob pulmonis spiritus concauitatum angustiam fieri didicisti, quæ quum decumbunt hoc magis patiuntur, minus quum stant, uniuersis pectoris partibus recte residentibus, atque proinde recta spirandi difficultas appellatur: cæterum quum interdum ob uisceris inflammationem ipsa eueniat, quẽadmodum in pulmonis abscessibus, nonnunquàm repletis asperis artherijs recta spirandi difficultate affectos uenæ sectione indigere ait quibus pus coaceruatum non est, eos enim puris euacuatione egere manifestum est, qui uero a flatus inclusione, hoc est, astricto pulmone hoc patiũtur, his uenam secare oportet, haud aliter iecinoris, lienisq; dolores, cæterasq; uniuersas inflammationes uenæ sectio iuuat: quinetiam uniuersas morborum collectiones: morborum autem collectiones ab eo dici conueniens est, a partibus in tumorem elleuatis euenientes, in Asia enim nostra uniuersos pręter naturam tumores nonnullos nũ

ad hunc modum appellare audio, in his namq; ante quã uena secetur, abneganda pharmatia est: Atqui deinceps hanc sententiam ipsę hoc in contextu dicet.

22

Quicunq; uero in morborum initio inflãmationes medicamento soluere conantur: iia distenta inflammataq; parte nihil auferunt, affectus enim quum crudus sit non remittitur, partes autem morbo resistentes colliquant, uerũ corpore imbecilli redacto morbus dominatur, qui quũ corpus superat curari nequit.

In eo aphorismo concocta medicari mouereq; hanc sententiam in eisdem symptomatibus quibus etiam hoc in loco exposuimus: quando nonnulli praui humores confluunt coaceruanturq; in aliqua parte ad uenę sectionem prius accedendum recte consulit, quod quemadmodum dixi hac in parte quodammodo colligi dicitur, uerum quod in fine pręscripti contextus est nonnulli haud intelligibile reddunt, pharmaciæ nomen in fine scripturę dictum non recte scribentes tutella mediocritateq; indigere, post pharmatiam, accusatiuum uocatum casum pro genitiuo facientes, in uniuerso enim contextu hoc est quod consulit ad uenæ sectionem prius accedendum deinceps ad pharmatiam non oppositum perinde ac illi scribũt, pharmaco prius assumpto adhunc modum postea ad uenæ sectionem peruenire: cętera contextus illis qui a nobis dictis mentem diligenter adhibuerunt, manifesta sunt.

23

Cæterum repente absque uoce fieri uenarũ occlusiones agunt: si sano homini, absque oc- euenerit

casione uel alia uehementi causa.

Venarum occlusiones appellauit uenarum repletiones à multitudine factas, quum igitur nimium replete fuerint, grauari facultatem necesse est, necnō ad discrimen perueenire insitam caliditatem extingui, si quidem à multitudine quippiā suffocationi haud absimile patitur, morbi etenim comitiales attonitiq; & cardiacę animi defectiones eueniunt, uno namq; communi uocis carētię symptomata significauit: adiecit autem sermoni si sano homini hoc eueniat absq; occasione uel alia ualida causa, occasionem quidem aio, manifestam causam, quemadmodū si quispiam luctando uel pancratio ludendo ex brachiorum circundatione ad suffocationis discrimen perduceretur: aliam uero causam uehementem, quales percussis ob timorem uel maximam tristitiam contingunt: in ægris autem uocis amissio euenire potest interdum instrumentis uoci deseruientibus dūtaxat lęsis uel etiā his quæ ad respirationem accommodata sunt, quinetiam ob quādam recentem resolutionem, uel facultatis malitiam: ut ab huiusmodi uocis amissionibus in sermone propositā, seiungeret, propterea addidit, si sano homini eueniat.

24

Internam destri brachii uenam secare oportet,

Vena hęc celerrime plurimumq; ex maxime propinquis partibus corpus euacuat, quocirca in acutissimis morbis ad eam peruenit.

25

Sanguinemq; mittendum habitu & ætate plus ac minus considerando.

In superioribus quum uenę sectionis intentiones dixit cor

poris habitum dimisit, hoc autem in loco facultatem non posuit, uerũ nõnulli pro facultatis nomine habitus nomẽ dici arbitrantur, quum ambo de una re dicantur, quę opinio recta non est, nam ad corporis constitutionem referendo habitum dicimus quum ille mollis, hic durus fuerit. At facultatis uim operationum ualiditate cognoscimus. quocirca duę sunt hę intentiones euacuandi indicationem ex communi uere obtinentes ad inuicem autem seiunctę sunt: ueluti & ab ætate, Cęterum ad corporis habitum ætatem magis non facultatem referre cõuenit, pueri enim ob habitus mollitiem facile per habitum digeruntur, cum difficultate uero seniores, ob siccitatem frigiditatemq́; atq; tres has uenę sectionis intentiones satis esse quispiam dicere potest, indicationem nobis assumentibus & ab affectus qui curari debet magnitudine, & ex habitu & ex facultate, uerum ambientem nos aerem quo pacto in temperatura se habet considerare oportere in superioribus dictum est.

26

Pluribus autem ipsorum hæc eueniunt, faciei rubores, oculorum status, manuum distensiones, dentium stridores, pulsus, maxillarum cõtractio, atque extremorum refrigeratio, flatuum in uenis occlusiones.

Eorum quæ deinceps eueniunt, solius faciei rubores ante alia scripsi, sanguinis multitudinem significant oculorum statum, hoc est immobilitas & manuum distensiones, sanè ob neruorum initium & has lædi contingit, sed alio pacto ab oculorum constantia, hæc enim circa operationes in neruorum initio ueluti torpedinem quandam signĩ

ficat: manuum uero distensiones dentiumq; stridores, non ob quietem neq; ob principij immobilitaté sed ob errantem motum proueniunt: At pulsus quid nam indicet non prorsus manifestum est: quoniam antiqui in inflammatarum partium dolorosis motibus & in tremoribus & in artheriarum uehementi motu nomen protulerunt: maxillarum autem contractio et manuum distensiones & dentium stridores conuulsiones symptoma est: At uero extremarum partium refrigeratio in huiusmodi affectibus innatam caliditatem ab humorum multitudine grauari significat, uerum quod in fine contextus dictum est flatuum in uenis inclusiones de pulsu carentia dici conueniens est. Antiqui enim artherias uenas uocant, flatuum ergo inclusiones quasi clausiones quietesue dici possunt: uerum nonnulli secundi contextus alterum intellectum obtinentis: hunc contextum initium ponunt, cui illum qui deinceps litteris proditus est coniungunt.

27

Quum dolores προσγένηται, hoc est super ueniunt: atræ bilis acriumq; humorum fluxiones fiunt, interiora autem mordicata dolent, uenæ uero uellicatæ ualdeq; siccæ redactæ tenduntur, & inflammatæ fluxiones ad se trahunt: quum sanguis corrumpitur spiritusq; in ipso naturales uias pertransire nequeunt refrigerationes ob stationem eueniunt, & tenebrositates, & uocis amissio, & capitis grauitas & conuulsiones, si iam ad cor uel iecur uel uenam peruenerit: hinc morbi comitiales & paraplexiæ eueniunt, si in loca cōtinentia flu-

xiones inciderint & flatibus pertransire nequeuntibus, exsiccentur.

Præsens sermo ex eodem genere est cum prædictis: nonnulliq; hunc illis coniũgunt, proinde huius uerbi πρoσγένηται scriptura duobus modis inuenitur, si quidem sermonem præsentem cum prædicto coniungentes syllabam πρoσ cum σ elemento scribunt, qui uero non coniungunt, absq; σ: uerum quod dicitur huiusmodi est: dolorum motus, humorum fluxionem mouere consueuit ad partem dolore affectam, quum itaq; corpus malis humoribus potius refertum fuerit, atræ bilis acriumq; ceterorum humorum fluxiones eueniunt, ob quas æger lõge magis dolore cruciatur, interioraq; mordicantur. At uenæ in affecto loco collocatę, ab his humoribus mordicatæ infestantur: quod causa aduersa alterius fit, ab huiusmodi enim fluxionibus repletis affectis partibus, primo ipsæ sanguis corrumpitur & uasa replentur quod uniuersos in eo flatuum transitus prohibet. hoc namq; apertę ipse declarauit ad hunc modum scribens, spiritusq; in ipso naturales uias pertransire nequeunt, quod parum superius flatuum inclusionem appellauit: quũ uero sanguis adest, secumq; flatus, refrigerationes tenebrositates uocis defectus capitis grauitates, atque conuulsiones eueniunt, quę paraplexię comitialesq; morbi insequuntur, quum in cõtinentia repletas uenas loca fluxiones inciderint, loca, corporis partes dixit, quas ipsę adscripsit, cor iecur & uenam uidelicet dicta uiscera coniungentem & posterius a medicis caua appellata est, quia uenarum quæ in animalis corpore sunt, amplissima est, merito ergo sanguis his in locis repertus, quia uenæ repletæ sunt flatum

pertransire non permittit; sed ut in corpore perempto cō gelatur, quod etiam ipse conscriptor declarauit: flatibusq; pertransire nequeuntibus exsiccentur, magis autē proprie a flatibus dixisset: nam tum refrigerata tū exsiccata congelantur: nunc uero sanguis prauiq; humores ad ipsum confluentes ob exsiccationem haud quaquā cō gelantur, nam quum ipsi egrediuntur, in putrefactū unà & naturalem uniuersum sanguinem reddunt, quum uero permanent, innatum calorem extinguunt: uelut in extincto corpore congelatio fit: ergo ad hunc modum laborantibus incisa uena frigidus crassus uixq; uenas exiens sanguis uidetur, ob huiusmodi refrigerationē: quinetiam per uniuersum corpus conuulsiones interdum fiūt, & ad bonū sanè, interdumq; conferunt: uniuersum enim corpus quatientes, omnes partes calefaciunt, quocirca aliqua multitudinis portio per halitum digeritur, aliqua ad partes quasdam ignobiliores pellitur, in quibus quū ad eo figitur ut cum difficultate remoueri possit, paraplexiam efficit: nam resolutiones ex morbo attonito uel comitiali ad ignobiliores partes irruentes Hippocratem ad hunc modum appellare demonstratū est, interdumq; morbos attonitos absq; conuulsione factos, quibusdam ad partis resolutionem affectus terminatus est, quam paraplexiam uocat: cætera contextus manifesta sunt.

28

Sed his prius adhibitis fomentis uenam secare oportet, in initio confestim dum uniuersi flatus, fluxionesq; infestantes sublimes sunt, facilius enim auxiliari his potest.

Quia ad hunc modum se habentibus sanguis congelatus

est & cum difficultate fluere potest. his fomenta adhibere oportet: sed quoniam in fomentando frictio quædam fit quod nos litteris prodidimus, agere melius est, & internam cubiti uenam confestim semper incidendam esse: non enim perpetuo adeo congelatus sanguis reperitur, ut fluere haudquaquã possit: uniuersas autem corporis partes a non paucis hominibus hoc tempore fricari oportet, & si moderate fluxerit, rursus fricando, iterum auferendum: si uero non, fricandum fomentandumq; donec fluat: ubi uero ad membrorum resolutionem terminata est passio, breui tempore fricare fomentareq; licet, rursus fricare & fomentare donec celerrime hæc desierint, dum spiritus sublimes adhuc sunt: & curationi haud ualde resistunt.

29

Et reficiendo, iudiciaq; spectando, nisi alleuietur sursum pharmatia purgandum: inferiorem autem uentrem nisi subierit, clystere immittite, Asininum lac coctum exhibe, nec minus duodecim cotyllis propinetur, q̃ si uirtus tolerare potest, plus sexdecim.

Post uenæ sectionis euacuationem refici roborariq; hominem iubet ut, si nihil alleuiatus uidebitur: ad partium superiorum purgationem perducat, hoc est per uomitum: pharmacum autem quod purgandi uim obtinet nominatim dicere prætermisit, neque eius electionem facere uisus est, sed nemo ambigit q̃ ad morbi magnitudinem facultatisq; robur respiciendo, uel albũ ueratrum uel aliorum quippiam quæ uomitum ciunt, dabimus, uerum de uentre inferiori dicta patent, Cæterum lactis copia ad-

mirationi haudquaquã sit, quandoquidem antiquis omnibus ita consuetum erat, quod autem ob humiditatem Asininum lac exhibent in superioribus dictum est, quinetiã quia epotũ non coagulatur perinde ac Crassa, At cum eo mellis, salisue quippiam miscere conuenit.

30

Synãcos hoc est Angina uero fit, quum hyberno uel uerno tempore multa glutinosaque fluxio e capite ad iugulares uenas fluxerit, flatumque plurimum ob amplitudinem ad se trahunt quando autem, quum frigida glutinosaque sit, spiritus sanguinisque trãsitus obstruit, quicquid sanguinis proximum est congelat & immotum constansque efficit, si quidem natura frigida obstructiuaque est, quocirca suffocantur lingua liuente, & rotunda, & reflexa, ob uenas quæ sub ea sunt: incisa enim uua, nonnulli uero Columelam aiunt, utrinque uena crassa apparet, quando igitur quum ipsæ repletæ sint ad linguam firmantur, quæ ob siccitatem rara spongiosaque est, ui autem a uenis humorem suscipiẽs ex lata rotunda fit, ex bene colorata liuida, ex molli dura, ex facile flexibili iflexibilis: quo circa celeriter suffocãtur, nisi quispiam cito opituletur, in brachiis uenam secãdo, uenasque sub lingua incidendo, & eligmata medicamenta offerendo, & calidis gargarizando, & caput abradendo: ceruici præterea capitique ceratum imponendum, & lanis inuoluendum, & spõgiis mollibus ex

aqua calida expreſſis fouendum: aquã ad hæc mulſamq; haud frigida in potu exhibendum cremorem uero quum ex iudicio iam in tuto fuerit æger, offerendum.

Siue ſynãcon dicere uolueris ſiue cynãcon, uel eorum alterum ſynãchẽ alterum cynãchẽ, ſiue ſynãchẽ ambo uocabis duas anginæ rationes eſſe haud ignorandum, ad curationem namq; nominibus non indigemus, hanc enim longe melius edocere conſueuit, quàm qui circa nomina mentiuntur: uerum huiuſmodi doctrinæ speciem breui oratione tibi ſubſcribam, Hinc ſumpto initio fluxionum e capite euenientium, nonnullę conſiſtentia tenues aliquæ ex craſſis uiſcoſisq; humoribus ſunt: ſanè quæcunq; tenues ſunt, latas uenas tranſeundo in anguſtioribus detinentur, huiuſmodi ſunt uenæ gutturis, in craſſis uero oppoſitum euenit: nam ad uniuerſas, admodum anguſtas uenas haud quaquã perueniunt, ſed prius in latioribus detinentur: quum ergo huiuſmodi humores in uenis fauciũ incuneantur. pars in tumorem elleuatur, quemadmodum guttur a cęteris gutturis ſiquidem uenæ uenis fauciũ longe admodum anguſtiores ſunt, cęterum uniuerſum corpus mundum & non repletum, duorum gratia eſſe oportet, tum reuulſionis quę ab euacuatione fit, tum quia euacuatione facta, quum quod influit ab affecto loco repellemus, id cum facilitate ſuſcipiet, ſiue calefaciendo per halitum digerere uoluerimus, ad calefactũ locum nihil influet: uniuerſum itaq; corpus uenæ ſectione purgatione & clyſteribus euacuare oportet, ipſa uero affecta loca medicamentis aſtringendi uim obtinentibus: quę tum humores fluentes, tum firmatorum quicunq; non ualde ob-

structi uiscosi crassiq; sunt: repellunt: quinetiam calidis acribusq; medicamentis humores in affecto loco contentos per halitum digerentibus, absque autem pharmacis uenas sub lingua incidendo, faucium inflammationem euacuant. Quoniam autem humorum nonnulli crassi uiscosiqȝ sunt, in huiusmodi longe acrioribus medicamentis opus est, quę uidelicet uiscosa crassaq; incidere, in tenuas partes diuidere necnon frangere possint: Ad exteriorem preterea superficiem humores reuellere oportet, ceruici pharmaca imponendo attrahendi uim habentia, ea enim quę sub ceruicis cute sunt, quàm in profundo pati melius est, quia spiritus inspirationibus fauci gutturiq; incidit, in expirationibus uero per has partes extra fertur, sæpenumero tamen fluxiones ad prędictas partes accedẽtes ad alias nonnullas partes, natura has exprimẽte, transmutantur, interdumq; ab initio confestim ita defferuntur ut alię rursus differentiæ, tum faucium, tum gutturis fluxionis fiant: uerum quæ ad cutim procedunt, his quę ad profundas partes transmittuntur, facilius curam admittere, manifestum est, ambabus uero partibus tum ceruicis tum capitis a quo fluxiones impetum faciũt, auxilium commune tibi sit: Enimuero hic sermo, & anginarum species & causas & affecta loca, & curandi rationes, edocuit: neq; synãchim cynãchimue, quẽadmodũ neqȝ synãchon neqȝ cynãcon appellare opus fuit, libri ergo conscriptor, nullam de nominibus curam habendo, uniuersos affectus qui in faucibus guttureq; fiunt, & respirationem arctant, synãchos appellans, duas ipsorum species esse ait, altera a glutinoso frigidoq; fluxu proueniẽs, quem pituitosum uocari licet, altera a calido acriq;

quem si amare bilis humorē uel biliosum simpliciter nominaberis, haud errabis, fluxionem autem prius dictam ad latiores uenas descendere ait, alteram biliosam ad angustiores prouenire ostendens: cætera manifesta sunt: cęterum his quæ dixi mētem adhibere oportet, & si primo non intelliges: bis & ter repetendo intelliges: ego autem ad secundam anginę speciem pertransibo.

31

Quum in æstiuo, uel autumnali tempore, calida nitrosaq; fluxio a capite fluxerit, quæ ab anni tempore calida acrisq; fit, quandoquidē huiusmodi est, mordet, ulcerat, flatu replet, rectam spirandi difficultatem, & multam siccitatem inducit: necnon ea quæ conspici possunt gracilia uidentur.

Quo pacto & quam ob causam quia a calidis acribusq;: nam priorem fluxionem pituitosam hyeme & uere descendere dixit: At hæc secunda in autumnali uel ęstiua hora: in cęteris uero temporibus quod proportione respondet perinde ac in superioribus dictum est, cæterum in hac Anginæ specię rectam spirandi difficultatem euenire ait: quę recta spirandi difficultas, magnæ loci angustię in ditium est: partem aliquam respirationi deseruiētem perturbantis quēadmodum prius demonstrauimus: quod si os maxime aperire his iusseris linguamq; copresseris ut faucium partes uideantur nullum pręter naturam tumorem qualem in superioribus commemoratis inuenies, quod ipsę conscriptor demonstrauit quum dixit, necnon ea quę conspici possunt gracilia uidentur, quod enim in faucium meatu inflammatum est, uideri non po-

test: At quantum os aperientibus conspici potest id uniuersum absque inflammatione est, partesq; gracilescit gracile enim per oppositum ad præter naturam tumorē interdum dicitur, nonnulli uero uocis gracilis significatum quo pacto hoc in loco dictum est, haud intelligentes, contextum ridicule interpretantur: quinetiam aliqui ipsum suo modo componunt: ut ad hunc modum scribentes necnon ea quæ conspici possunt, absque colore apparent, hoc tamen modo dispositis fluxionis quippiam etiā musculis qui propè guttur sunt & à tergo ordinantur interdum distribuitur, ubi etiam stomacus collocatus est, qui sępenumero unà quoq; tenditur, quocirca deinceps in proposito contextu hoc quoque scriptum est.

32

Posteriores etiam ceruicis tendines una tendūtur: ac ueluti a rigore tendi uidentur.

Quod uero deinceps dictum est, guttur pati longe magis ostendit, in hac enim animalis parte uocis generationem perfici demonstratum est, quocirca ait.

33

Voxq; intercipitur, & spiritus paruus est.

Vox quidem omnibus intercipitur hoc est deperditur, quum ut dictum est guttur patiatur, respiratio autem ob meatus angustiam parua fit: At inde anhelitus difficultate commentarijs, tempore longiorē, spatiisq; crebiorem esse dictum est, quod ipsæ conscriptor ad hunc modum interpretatus est.

34

Ac spiritus reuulsio crebra, uiolentaq; est.

Et secundam expirationem, post inspirationem, & secun,

dam inspirationem post expirationem spiritum dixit, utroque enim modo, spiritus creber fit, quies namq; inspirationem sequens ad hunc modum affectis breuis est: nec non quę post exspirationem ante inspirationem existit, sed horum demonstrationes in uoluminibus quæ de anhelitus difficultate posteris reliquimus scriptas habes.

35

Ita affectis artheria ulceratur, pulmoq; ardet, quum externum flatum attrahere nequeant, quibus nisi ad externas iuguli partes, affectus sponte efferatur, grauior difficiliorq; uittatu est, ob anni tempus, & quoniá ex calidis acribusq; humoribus constat.

Quinetiam ita affectis artheriam ulcerari dictum est, ob humoris uidelicet acredinem, pulmonem uero priuatum ardere dixit, uero dogmati sermonem coniungens, nam inde respirationis utilitate commentario quum animal respirationem amittit substantiæ defectu haudquaquàm perire demonstratum est, sed quia innati caloris refrigerationem, euentationemq; deperdit, merito ergo immoderantiam consequutus, pulmonem incendit hanc igitur anginæ speciem tum grauiorem tum uitatu difficiliorem, quàm priorem esse ait, & ob prædicta, & quia æstiua autumnalisq; hora est, & quia ab acribus prouenit humoribus, ea ergo scriptura quæ cum & coniunctione quàm ea quæ absque & scribitur melior est, significat autem in prædictis coniunctio & secundam anginæ speciem ob anni tempus in quo, & ob humorem à quo fit difficiliorem esse simpliciter itaq; scribendum non est, ꝙ grauior difficiliorq; uitatu est ob anni tempus, ꝙ si etiã

absque coniunctione & quispiam scripturam seruare uoluerit, ad hunc quoque modũ ipsam subintelligere necesse erit, ac si in contextu dicta fuisset, haud pauca enim alia ab antiquis diminute scripta inueniuntur.

36

Si quispiam febre corripitur, antiquo stercore subeunte, uel nuper ingesto cibo, siue cum lateris dolore siue non, eum quiescere oportet, donec cibaria primo ad inferiorem uentrem descenderint.

Ob tales etiam contextus quę uolumini de acutorum uictu addita sunt, ab Hippocrate scripta non esse indicatur quum enim in legitima uoluminis parte de laterali dolore affectis perfectissime egerit, hoc rursus in loco pauca addere haudquaquã oportebat.

37

In potu uero oxymelite utendum: At quum ad lumbos grauitas peruenit, deorsum clystere immitte, uel pharmacia purgato, facta autem purgatione, primo sorbitione, mulsaq; in potu nutriendum: postea cibariis piscibusq; coctis, & uino aquoso in nocte exiguo, sed in die mulsa aquosa: uerum quum flatus fetidi fuerint uel suppositorio, uel clystere utere, sin minus abstinere oportet oxymel propinãdo, donec ad inferiorem uentrem descenderint, deinceps clysterie ad hunc modũ subducendum.

Indeterminate dictum est, quãuis in legitima uoluminis parte determinatum sit hoc in loco scriptum et deinceps usque ad eam partem in qua Hippocrates pisces memi-

nit, nam in uolumine adhuc de ægris sermonem habebat, nõ de his qui ex morbo cõualescũt: cętera manifesta sunt.

38

Quod si lubricam aluum habenti affectus ardens superuenerit, si pharmatiam exhibere accõmodatum esse tibi uidetur: eam in tribus primis diebus haud offeredũ sed uel ĩ quarto.

Hoc in loco rursus ardentem affectum haud oportune cõmemorasse manifestum est, si quidem in initio tum differentias tum curationes prę dixit: enimuero uerba hæc ex „ mente illius aphorismi sunt, concocta medicari mouereq; „ non cruda neque in principijs modo non turgeant, pluri „ ma uero non turgent: nonnulli alio pacto scribunt in affectuum ardentium initio pharmatia utendum esse existimantes, ut contextus huiusmodi sit, intra tres dies pharmatiam exhibendum, conueniens itaq; erat sermonẽ proferre, non ueluti uniuersi in tribus primis diebus pharmatia indigeant, sed quemadmodum aphorismus iste „ in acutis affectibus raro & in principijs pharmatijs utẽdum: atque cum aphorismis quando in initio pharmatia uti liceat, & quando morbi concoctionem expectandum determinare, considerareq; opus est, ꝙ si quispiam simpliciter uel in initio, uel concocta materia non determinando dixerit, in utroq; decipietur.

39

Quum uero pharmatiam exhibueris sorbitionibus utere, febrium accessiones obseruando, ut neq; quũ adsunt, neque quũ uenturæ sunt eas exhibeas, sed quum terminantur, uel conquieuerunt, necnon q̃ longissime ab initio, pe

dibus autem frigore affectis, neque potum, neque sorbitionem, neque aliud quippiam huiusmodi exhibe, sed hoc seruasse maximū esse putato, donec uehementer concalefacti fuerint, postea ad hunc modum quod utile est, porrige: pedum namq; refrigeratio febris exacerbande, magna ex parte inditium est, q̄ si hoc in tempore cibum ingesseris, prorsus maxime errabis, nam morbum haud parum augebis, quum uero febris desinit, oppositum, pedes reliquo corpore calidiores redduntur, accensa enim ex pectore ad caput flāmam mittēdo pedum refrigerationem adauget, at quū uniuersus calor ad superiores partes cōfertim recurrat, & ad caput euaporet, non immerito pedes infrigidantur, quum natura absque carne, neruosiq; sint, quinetiam quia a calidissimis locis admodum distant, frigidi euadunt, calore ad pectus coaceruato, rursusq; quod proportione respōdet, soluta, uictaq; febre ad pedes descendit hoc itaq; tempore caput, pectusq; refrigerata sunt horum gratia cibus offerendus est, quia quando pedes frigidi sunt uentriculum calidum multoq; fastidio repletum, præcordia intēta, corporis iactationem ob interiorem turbationem, mentis suspensionem, atq; dolores esse necesse est, præterea uellicatur & uomere uult, & si praua euomuerit, dolore cruciatur, calore uero ad pedes descendente, lotioq; exeunte, & si non sudet omnia

leuatur, hoc ergo tempore sorbitionem exhibendum, At tunc pernitiosum est.

De particulari cibi occasione quãquã in legitima uoluminis parte paucis dictũ est nihilominus hoc quoq; in loco piose manifesteq; magis de hoc sermo habetur, ut hic sermo illius expositio sit, seruata Hippocratis sentẽtia quãtum in cęteris, tum in dictis de febris ex pectore accensione, hoc est ex corde, ad caput flãmam remittere.

40

Cæterum quibus aluus in febribus prorsus humida est, his pedes diuersis modis calefaciẽdo & cerota circũponendo & fasciis inuoluendo ne reliquo corpore frigidiores sint, caueto, quum uero calidi sunt, nullum fomentũ adhibe, sed ne refrigerentur obserua, aquæ autẽ frigidæ, uel mulsæ potu perexiguo utendum.

Prorsus, cum toto tẽpore idem significat. cæterum quũ non pauci sint affectus, in quibus per uniuersum morbi decursum aluum humidam esse contingat, unamq; curationem habere nequeant, ut sæpenumero ostensum est, ex contextu non modo nihil boni edoceri potest, uerumetiam lædi eum qui scriptum curationis modum in plęrisq; affectibus conuenire crediderit: ut enim cætera pretermittã quum aluus humida esse possit, tum ob uentriculi inflammationem, tum ob febrem colliquantem frigidæ aquę potio phlegmoni aduersissima est, At colliquãtibus febribus si eo quod didicisti tempore assumatur: maxime cõfert.

45

Quibus autem aluus in febribus humida nec non mẽs perturbata est, pleriq; horum uillos

decerpunt & nares fodiũt, & parum ad interrogata respondent. At isti sponte nihil recte agunt, hæc ut mea fert sententia, ad atram bilem attinent, si uero his huiusmodi se habentibus aluus humida fuerit & colliquet, frigidas crassasq; sorbitiones exhibẽdum mihi esse uidetur, atq; potiones reprimẽtes, & meratiores uel etiam magis astringentes.

Cætera freneticorum symptomata sunt, aluus autem humida cum frenetide quoq; interdum euenit, non tamen huic proprium est, quo circa aluum humidam ex determinationibus curare conuenit. At frenesis alia propria curatione prosequenda est: Cæterum curatio: quam istæ litteris mandauit, frenetidem haud quaq̃ respicit, sed quendam affectum potius uelle curare mihi uidetur, ex uentris affectu ortum, caput autem ad consensum perducẽs ut in uentris passione delirare, huiusmodi uero ad atram bilem pertinere haud recte dixit, talia enim a flaua bile uentre detento, potius eueniunt.

42

At qui in febriũ initio uertigine, capitisq; pulsibus uexantur, & urina tenuis est, his apud iudicationem febrem exacerbari expectandum est, neq; si delirauerint admirari oportet.

Quum caput circũferri æger imaginatur uertigo nuncupatur affectus quum uero unà tenebrosus uisus apparet, tenebrosa uertigo appellatur, fitq; ob flatuosi spiritus inordinatum motum, qui uel in capite localem generationem obtinet, uel e partibus infernis sursum fertur, uniuersę autem huiusmodi flatuũ generationes conturbationem in=

dicant, ob quas iudicia quoque cum ſymptomatibus tumultuoſis proueniunt, huiuſmodi enim affectus tum eorum quę absque diſcrimine ſunt, tum pernitioſorum, in medio quodammodo eſſe, ſcire oportet, innata namq; caliditas humores: qui in corpore ſunt, diſſoluere effunderecp conatur, ſed eos exquiſite attenuare, & ꝑ id quod ſenſui occultum eſt, excernere nequit, quum autem imbecillis prorſus redacta eſt ſolutioni, neq; initiũ imponit, et ſecundum hoc flatuoſus spiritus innata caliditate non extreme debilitata generatur, imbecillitas ergo abſque diſcrimine maxime eſt, natura ſiquidem morbum ſuperat. At extrema imbecillitas pernitioſa, haud parum namcp ſuperatur, quum uero non ſuperatur dicta ſymptomata eueniunt, atq; cum morbo iudicia terminantur. Nonnulla ad ſecundam ualetudinem, aliqua ad pernitiem, At uero pulſus in capite facti, hoc eſt artheriarum ſenſati motus, multę caliditatis, ſymptomata ſunt, ob quos etiam deliria non raro eueniunt: quum igitur dicta in uniuerſali, ad hunc modum ſe habent, quando quiſpiam ægrotare incipit, alotiorum tenuitate morbum inconcoctum eſſe indicatur: uertigines autem cum pulſibus caput flatuoſo ſpiritu repletum eſſe ſignificant: uerumenimuero haud ignorare oportet, naturam, ut prauos humores in corpore contentos a bonis ſeiungat, & quocunq; modo excernat, uel ad partem ignobilem transmutat, nõ quieſcere, ſed ad hoc agendum conari, dictus itaq; ſermo ad dictorum præcognitionem maxime utilis eſt, interdum enim a morbi initio moderate fiunt, At huiuſmodi ſymptomata in capite ſunt, uel ob exuſtionem, uel ob humorum in uentriculi corpore contentorum, euaporationem:

ipso itaq; capite solo aliter quomodocunque caliditatem consequuto, tali capitis affectui lauacrum prodest, pro sorbitione autem ptisane cremor esse satis est, quum uero ob humorum malitiam, calidus flatuosus spiritus ad caput fertur, his lotio non confert uniuersa autem hæc tute agere conuenit, At affectuum determinatio una sola est, ex lotiorum concoctione, inconcoctioneq;, quorum conscriptor recte meminit quum ad hunc modum scribit, et urina tenuis est, quod cruditatis inditium esse sæpius dictum est: quocirca nullus, qui medendi artem profitetur, in huiusmodi morbis lotiorū considerationē negligit.

43

Quibus uero ab initio urina nebulosa, uel etiā crassa est, eos purgare cōuenit, si cætera quoq; cōferent. At quibus in principio lotium tenue est, talibus pharmatiam haud quaquā exhibendum, sed si uideatur, clystere īmittendum, hos ad hunc modum curare confert.

Siue hęc cum his coniungit quę in proposito cōtextu sunt, siue etiam nō: utile quod ex his quispiam cōmune habere potest, cauendas uidelicet esse corporum purgationes prorsus quum cruditas in humoribus est declarauit dicens lotium tenue, ueluti crassa concoctionem haberent: quod consistentiam significat, At nebulosa, nebulas habentia indicant: nigras enim addidisset, si quidem eas nos intelligere uoluisset, haud pauca namq; communia nomina absque determinationibus dicere consueuerunt, quando optimum ex rerum significatis declarare uoluerunt, non secus ergo quum ad salutem iudicia terminata sunt, indicatum esse simpliciter aiunt, quando au

rem iudicatus uitam cum morte commutauit, non simpliciter sed uniuersum hoc aiũt, iudicatus, interiit, quinetiã quum bilem externi quispiã simpliciter dixerit, igneam colore, non nigram intelligemus, eodem quoque pacto hoc in loco exponendum lotia nebulosa albas nebulas obtinentia quę concoctionis inditia sunt: quoniam igitur concocta medicatur, proinde & nunc huius uoluminis conscriptor ad hunc modum scripsit: hos hoc pacto curare confert, uerũ de uenæ sectione nihil dicendo particularia uniuersa deinceps percurrit, non quia ad hunc modum se habentes: nunquã uenæ sectione indigeant, sed quoniam hoc in loco cætera tantum edocere intendit, nam de uenæ sectione satis in superioribus dictum est, ad hunc modum curare oportet.

44

Corpus quieti permittendum, ungẽdum, equaliter cooperiendũ, aquosa mulsa in potu utendum, atque in sero sorbitione ptisanæ cremoris: ab initio uero clystere aluũ subducẽdum, at pharmaca his haud quaquã exhibendum, si enim quippiam in uẽtre mouebis urina nõ cõcoquetur, sed absq; sudore, iudicioq; febris multo tempore erit.

Percurrit quoque hunc sermonem intentionem obtinentẽ: quietem cum moderata calefactione, ptisanæ uero cremorem ab initio exhibet quia usque ad uigorẽ iudiciumq; cum mulsa perdurare nequeunt, morbus enim inconcoctus est, ac concoctiones propè non adsunt, mulsam autem aquosam perhibet, quoniam aquam eius ratione nullum bonum obtinere demonstratum est, ptisanam uero potius

quàm mulsam uesperi offerri consulit: enimuerò quum superius in legitima uoluminis parte ptisanam insequi mulsam oportere didicerimus hoc quoq; in loco ad hunc modũ dicere melius, mulsam est prius deinceps ptisanæ cremorem esse offerendum, quia autem pro deinceps in sero dixit, magis particularem non uniuersaliorem doctrinam fecit, sed cur summam cruditatem obtinentia non medicandum iussit, causam ipsæ dixit epilogisticam magisquã analogisticam, quã dicere eum licet qui absq; rationali indicatione sola experientia, quod fit, cognoscit, cæterum ad dogmaticum docere pertinet, quam ob causam quum ad hunc modum se habentes medicamur lotium non concoquitur, & febris absque sudore, iudicioq; permanet, sanè de huiusmodi uniuersis in aliis perfectius considerauimus. At hoc in loco caput, ad præsentia utile dicemus. tu uero mihi mentem adhibe. Quum quatuor sint facultates proinde ac didicisti: atq; inter has alteratrix haud minimam uim obtineat, ob quam natura corporibus ab ea gubernatis cibum assimilat, concoctio nuncupatur qualitatis mutatio, substãtię quæ nutrire debet, quẽadmodum igitur natura absorpto in uentriculo cibo indiget, quiete quidem a cęteris motibus, ut soli concoquendi operationi uacet, exteriori autem quodam auxilio quum interdum imbecillis redacta est, ad eundem modum in humorum concoctione, quę in uenis fit, quiete quidẽ eget ante secundam calefactionem, ex calefactione infrigidationeq; uel exiccatione & humectatione, alio & alio uidelicet tempore eorum singulo peracto: proinde qui hęc scripsit, hominem quieti permittendo curare iussit, tum in unctum, tum uestibus æqualiter circũuolutum: unctionum

num enim humiditatem febris facultati aduersam esse putauit, & ad hæc neq; calefacere uehementer, neq; refrigerare, sed lenire, quibus ea, quæ concoquuntur, maxime indigent, ꝙ si humorum concoctioni hęc conferunt, purgationes aduersantur. admodum enim corpus commouentes frangunt, uniuersa namq; purgantia pharmaca huiusmodi sunt, hæc quidem causa est, ob quam purgationes concoctioni aduersantur, sed ad sermonem hunc sequentem iam accedamus.

45

Sorbitionem uero, quum prope iudicium fuerit, ne exhibe si perturbetur, sed quum decrescit, & in melius procedit, quinetiam omnium febrium iudicia obseruandum, eoq; tempore sorbitiones auferendum.

Hoc quoque in loco uoluminis conscriptor, Hippocratis sententiam obseruat: mulsam ptisanę q; cremorem in initio exhibendo, propè autē iudiciū cremorem auferendo.

46

Hæ autem febres in longum protrahi consueuere, abscessusq; habere, siquidem aurium ceruicisq; inferiora frigida fuerint, ꝙ si frigida non fuerint alias mutationes habebunt, sanguis enim enaribus fluet, talibusq; uentres conturbabuntur.

Ob humorum cruditatem tenuem urinam habentibus non immerito febres in lōgum protrahuntur; quum ante concoctionem solui nequeant, huiusmodi autem abscessibus iudicari, iam sæpius dictum est, eorum uero solutiones rarius excretionibus fiunt, sed utrum in supernis corpo-

ris partibus, uel deorsum abscessus orietur, hoc in loco dicta, cum his, quæ in præcognitionum uolumine litteris produntur, conueniunt.

47

Qui febres molestas habent, & præcordia tendunt, & iacentes eundẽ locum non sustinent, & extrema omnia infrigidantur, plurima diligentia custodiaq; indigent, eosq; ad hunc modum educare oportet: nihil aliud q̃ oxymel aquosum offerendum, & a sorbitionibus abstinendũ donec morbus terminetur, lotiumq; concoctum sit.

Molestas febres nuncupat eas, in quibus ægri molestantur & iniucunde se habent, tolerandi uero difficultas stabilem, ardentemq; febrem, nonnunquã insequitur, sæpenumero etiam stomaci malitiam, quum autem hoc in loco ad hunc modum loquor, uentriculi os intellige: ab ipsis ergo febribus initium constituit, eas molestas dicendo præcordiaq; tendentes. At deinceps ad febrientes transit, nam iacentes eundẽ locum non sustinere de febre affectis dictum est, ueluti quoq; extrema refrigerari: iacentes ergo eundem locum non ferre molestarum febrium, & quæ cum difficultate tolerari possunt, inditium est: extrema autem refrigerari, magnæ ui scerum inflammationis à crassis humoribus perinde ac superius demonstraui quum de secunda affectus ardentis specie sermo habebatur, & si uehemens refrigeratio fuerit, facultatem admodũ imbecillẽ esse certum inditiũ tibi erit, haud ĩmerito itaq; dixit ad hunc modum laborantes plurima custodia diligentiaq; indigere, merito etiam oxymel his exhi-

bet, quum á crassis uiscosisq; humoribus conturbentur, sermoni autem aquosum addidit, tanquàm opposita intentione exhibitum illi: quod his exhibetur: quibus huiusmodi humores in pulmone continentur, nam in illis longe acidius esse conuenit, quia in distributione ad affectã partem oblationis prolixitatem facultatem exolui necessarium est. At quibus huiusmodi humores in præcordijs continentur, his tale confestim accedit, quale epotum est, cęterum hoc pacto se habẽtibus sorbitionem haudquaquã exhibendam, antequã morbus concoquatur, indeterminate dictum est, ꝙ si quod Hippocrates edocuit, nos seruare uolumus, sermoni addendum, si æger sufficere potest: quod fortasse ut manifestum prętermisit.

48

In obscuris autẽ domibus, stratisꝗ perq̃ mollibus cubandum longo tempore eũdem situm seruando, & nequaq̃ se iactandum, nam hoc ipsos maxime iuuat.

In obscuris domibus decubitum non ueluti auxilium, concoquẽdi uim habens, hoc in loco consuluit, sed ueluti corrigendi facultatem obtineat tolerandi difficultatem: ob molestiam factam, cuius gratia mollia quodq; strata commemorauit, tentare autem seipsum nõ proijcere sed quiescere laboranti utroq; modo utile est, tum quia ad totius morbi concoctionem utilitatem pręstat, tum quia facultatem conseruat.

49

Præcordiis deinde lini semen apponendum, cauendo dum apponitur ne æger, horreat, summe autẽ tepidũ sit aqua oleoꝗ decoctum.

Lini semen moliendi facultatem obtinet, nec manifeste cale facit quibus omnis phlegmō maxime indiget, quinetiam ipsum tale huiusmodi tactu prȩparat, quale facultate est summe tepidum offerendum consulens, aquæ prȩterea oleiq; mixtio tepentem caliditatem efficit, atq; moderate moliendi mitigandiq; uim habet, qualia tum concoquentia, tum per halitum digerentia, maxime esse oportere demonstratum est.

50

Cæterum quid nam futurum sit, ex urinis certo inditio consequi oportet, nā si crassior magisq; ignea colore fuerit, melior erit, q̄ si tenuior, nigriorq; prauior.

Vniuersum quod futurum est, ex urinis non edocet, sed salutem, uel mortem, crassiores enim, & colorem magis similem igni præseferentes salutem indicant, crassiores autem manifeste dixit tenuibus conferendo non naturalibus quemadmodum etiam parum superius intelligēdum consului, nam si recte interpretari uolueris, naturales urinas, neq; crassas neq; tenues dices: tenues tamen, nigræq; pessime sunt: quæ enim tenues tantum sunt inconcoctum esse morbum indicant: exquisitæ namq; tenue aquosum est, quocirca etiam album: sed urinarum præcognitiones, in commentarijs, inde præcognitionibus uolumen ȩditis dictȩ sunt.

51

Quod si mutationes habuerint, & tēpus significant, & morbum modo ad melius modo ad peius inæqualitatem mutare necesse est.

Enimuero si hoc etiam in ægris obseruaueris, ueritatē obti-

nere inuenies, ex urinarum uarietate tum in longius tempus, tum in mutationes in medio factas hominem decidere: plures namq; affectus significant, eadem curatione haud indigentes: neque præfinitum solutionis tempus æquale habentes.

52

Inconstantes uero febres, donec stent, permitte, quum autem steterint, uictu & curatione conuenienti occurrendũ, naturã contẽplando.

Inconstantes febres dixit, in quibus nihil cõstans est, quod firmum significat, sunt autem firma: in circuitibus, urinaq; apparentia, & ad hęc inexquisitis febrium formis: circuitus igitur neq; in primis diebus initium ostendunt, interdum autem alij superueniunt, atque sæpenumero ter & quater tum in die, tum in nocte lotium emitti contingit, eaq; lotia ad inuicem diuersa apparent, huiusmodi ergo febris formam inconstantem esse ait: quod idem cũ hoc significat unam formam exquisite haud quaquã seruare, quas febrium exquisitas formas, tum in commentarijs de febrium differentijs æditis, tum in secundo de iuditijs uolumine tibi declarauit: in huiusmodi itaq; febribus ab initio uictu haud quaquã utendum consulit, sed permittendum donec quales sint, uideamus, & tunc uictus speciem determinare.

53

Egrorum autem uisiones plures sunt.

Visiones dixit quasi differentias, uel modos uel formas: ægrorũ uero pro morbis ęgris euenientibus sępius enim demonstratum est, uniuersos antiquos consuescere, ab affectibus ad ipsos qui affecti sunt appellationes transfer-

re, & ab ipsis affectis ad affectus, ac si nulla differentia esset dicere febrium differentias, uel febrientium, haud secus etiam morbo laterali, uel angina affectorũ: uel morbi lateralis uel anginæ ęgrorũ ergo ui siones dixit: quia ipsos oculis conspiciendo, differentias inuenimus.

54

Quocirca aduertet medicus ne ullæ occasiones ipsum lateant.

Manifestas causas occasiones appellare didicimus, quinetiam hoc in loco de his appellationẽ manifeste intulit, prosequitur ergo.

55

Neque ad ratiocinationem pertinentium, neque quas ad parem uel imparem numerum apparere oportet.

Veluti causarum quasdam manifestas esse omnibus absq; artificiali ratiocinatione dignoscentibus, aliquas solis artificiali ratiocinatione cognitionem habẽtibus, quinetiam ait his attendere oportet, quas ad parem uel imparem apparere oportet.

56

Imparem quidẽ numerũ maxime uereri oportet, quia ii dies ægros diuersis affectionibus oppressos reddunt.

Impares dies admodum posse haud quaquã simpliciter intelligendum, sed in acutis morbis quia effatu dignas mutationes utroq; modo agunt, tum ad sanitatem, tum ad mortem, hoc enim significat, quod dixit, diuersis affectionibus oppressos: in acutis quidem tertius, & quintus, & septimus, & nonus, & undecimus & decimus quartus,

et decimus septimus, in lõgis uero sexagesimus, et octua gesimus, sunt autem medii inter ipsos uigesimus & trigesimus quartus, & quadragesimus impares autẽ et hij.

57

Primum ergo diem, quo æger imbecillis reddi cœpit, obseruandum initium: ex quo & quando conspiciendo, hoc enim scitu primum esse putatur, quũ uero ipsum interrogaueris, omnia quoq; considera, in primis quo pacto caput se habet, nunquid dolore uacet, nec grauetur, deinceps præcordia, lateraq; si dolore molestantur, præcordia quidem si laborant, uel suspensa sint, uel quandam inæqualitatẽ obtineant, uel satietatem, uel lateris dolor infestet, unaq; cum dolore, uel tussis uel tormina, uel uentris dolor sit, quum uero horum quippiã in præcordiis fuerit, clysteribus præcipue uentrem soluendum: in potu autem mulsam coctam calidam exhibendum, interrogandum præterea si quãdo surgit, animo delinquat & an spiritus facile feratur, Egestionem etiã conspiciendum an eas colore nigras egerant uel sinceras, quales in secunda ualetudine deiicere consueuerant, & an febris tertio die exacerbetur, quippe in his morbis huiusmodi tertianæ afflictiones accurate cõsiderãdæ sunt: adhæc cætera quoque conspiciendum, & si quartus dies horum quippiã tertio simile habet, æger absq; discrimine nõ est quod uero ad inditia attinet, nigra excremẽta pernitiem signficã t,

quæ autem ſanis ſimilia ſunt, quum in omnibus diebus apparent ſalutem prænuntiant.

Primum diem in primis obſeruandum ait, in quo morbi cauſam dignoſcēdam iubet, hoc enim quod dixit ex quo & quando quid nam morbus ſit indicat, interrogandum præterea præcipit, primo quo pacto caput ſe habet, deinceps præcordia, lateraq; pręcordia quidem ſi quis adeſt dolor uel ſuspenſa ſunt, uel aliquam inæqualitatem obtinent, nam ſcoliotita, hoc ſignificat: quod inde prę cognitionibus uolumine, hiſce uerbis ſcripſit ſi dextra, "ſiniſtraq; inæqualiter diſpoſita ſunt, uel inquit ſi ſatietatem habent, quod ciborum repletionem mihi eſſe uidetur: interrogandum pręterea conſulit, cætera, in ſequenti contextu litteris prodita, deinde præcordijs affectis clyſteribus uentrem ſoluere iubet, mulſamq; coctam calidam bibere. Cæterum quum hęc indeterminate dixerit, deinceps ſcribit, interrogandum præterea ſi quando ſurgit animo deliquit, & ſi facilem spiritum habet, quod animo deliquenti opponitur, quinetiam excrementa perspicien dum conſulit, utrum nigra ſint, uel ſincera, inculpabiliaq; qualia ſanorum ſunt, quēadmodum etiam ſi febris tertio die exacerbatur, his ad hunc modū ſe habentibus: ſi quartus tertio ſimile quippiam in exacerbatione obtinet, hūc periculoſum eſſe ait, nam etiam quartum, quum ſeptimi diei indicatiuus ſit, quippiam inouare, graue inditiū eſt, innouatio autem manifeſta eſt, nam ſi in primo, tertioq; acceſſio facta fuit, & non in ſecundo, quintum acceſſi nē habere conueniens erat. At quartum nequaquā: quū igitur etiam ipſe exacerbationem obtineat alterius cuiuſdā mali generatio indicatur, ꝙ ſi æger nigra quoq; deijce-

ret, futuram pernitiē declarat: multa itaq; ex dictis prę-termittendo, hoc in memoria serua, nam si primo die i, tertius proportione respondentem accessionem habuit, et quartus nouiter exacerbetur si ęger etiam nigra deiecerit, pernitiosum inditium est, ꝙ si rursus sanis similia singulis diebus ęgereret, ęgri salutem futuram spera.

58

At quum suppositorio aluus non obedit, & spiritus facile fertur, si æger in sede erectus, uel in cubili quoq; iacēs, animo deliquerit, siue mas siue femina sit, æger, cui ab initio hæc eueniunt, futurum delirium expectato.

Huiusce contextus intellectus confusus est, hoc enim perperam dictum mihi esse uidetur, quum suppositorium nihil prodest, & æger quiete se habere uidetur, quãuis etiam surgendo animo deliquerit, delirio corripi, ipsi siquidem neq; experientia neq; ratio attestatur, quippiã enim huiusmodi, interdum euenire posset. At præcognitiones raro euenientium, haud quaquã sunt, sed semper uel magna ex parte.

59

Quinetiam manibus attēdere oportet, nam si tremebūdæ fuerint, sanguinem e naribus fluxurum expectato.

Hic etiam sermo, neq; quod semper, neq; quod magna ex parte sed quod raro fit, edocet.

60

Ipsas præterea nares aspiciendum, an utrinque spiritus eodem pacto attrahatur, & si multus e naribus effertur, conuulsio fieri consueuit,

quæ si fiat, propinqua mors est, quod prædixisse perpulchrum est.

Quum nares tremebundæ fuerint, ad hũc enim modum dicendum erat, si spiritus multus per utrasq; nares fertur, conuulsionem superuenire ait: spasmosum autem affectũ in musculis nasi summitatem mouentibus ortum, hoc pacto appellare consueuit.

61

Ceterũ si in febre hiemali lingua exasperatur, animiq; deliquium adest, huic quãuis febris remitti consueuerit, attamen talem inedia & aquæ & mulsæ potione, & cremoribus seruare oportet: neq; febrium remissioni fides adhibenda est, quia periculum imminet, ne talia inditia obtinentes pereãt, quum uero hæc cõspexeris recteq; contemplatus fueris ad hunc modum præsagire poteris.

Nonnulli hyemalem febrem simpliciter intelligunt in hyeme euenientem aliqui hyemi naturæ propriam, erit autẽ talis, quę a pituita prouenit, perinde ac æstiua a bili, si igitur inquit in huiusmodi febre lingua aspera fiat, & animi defectiones, eam esse periculosam dignoscendum, proindeq; febrium remissionibus fides adhibenda non est, quando cum symptomatibus uel inditijs prauis eueniunt, quemadmodum hoc in loco cum animi deliquio, linguęq; asperitate, ait ergo uictum ægro haud quaquã negligenter constitue, sed aquam & mulsam, & ptisanæ cremorem exhibe, uerumenimuero hæc, inedia uti, pugnare uidentur, inedia enim omnifariam cibi abstinentiam maxime significat, si uero non, eam saltem uictus rationẽ;

in solis potibus consistentem, atq; ita tum mulsam tū ptisanę cremorem dari concessit, uerum ut mea fert sententia ob hanc causam eos inedia regendos ait quia quum febriū decrementa maxima cum facilitate toleranda habeant, in longum protrahuntur adeo ut decepti nonnulli ualidius alimentum administrauerint, pręsertimq; ob animi deliquium, respectu ergo huiusmodi uictus qui cū mulsa cremoreq; in multis diebus fit, merito inedia dictus est.

62

Verum quum in quintanis febribus formidolosum quippiam euenit, uel aluus repente humida deiicit, animiq; deliquiū oritur, uel uox deficit, uel conuulsio, uel singultus fit, his angor euenire solet, & circa partem quæ sub naribus est & frontem & ceruicem ab occipitio sudores oriri, qui autem ad hunc modum affecti sunt inflati haud multo post uitam cū morte commutant.

Talia quædam eorum sunt, quæ a medicis ex obseruatione empirice litteris produntur, hoc est ex his quæ semel uel bis uiderunt, uniuersali modo sententiam habent, ueluti in eisdem & eodem pacto sępius conspici possent, hoc autē quod hoc in loco dicitur, huiusmodi est, hæc enim scripsit, quum uidisset quendam a febre quintana correptum deiectiones nonnullas humidas deiicere, animo delinquere, & absque uoce fieri, alterum uero conuulsum, atque deinceps uel ambos, uel alterum, angore corripi, necnon partes circa faciem ceruicemq; sudare, postea interire dixi: quod inditiorum Empiricorum concursum esse putat, Cæterum eadem tum animi defectiones pręcedere, tum

a multitudine compressa facultate euenire possunt, uel etiam aliter languente, unumquodque enim dictorum, ex se prauum inditium est, ne dum cum uniuersa congregantur, in repentinis namque uentris fluxibus animo delinquere pernitiosum est, quemadmodum etiam absque uoce fieri & ab angore affici, quinetiam circa faciē, caputq; tantum sudare bonum haud quaquā est, ueluti ergo hęc non pauca praua symptomata sunt eodem modo & alia inde præcognitionibus uolumine scripta, potestq; quispiam ea inuicem uniendo quippiam noui dicere uideri, quod si alicubi dictionem quoque obscurā sermoni permiscuerit, perinde ac ænigma, ob id plerisq; prudens magis esse uidebitur, ea enim quę non intelligunt, admirātur, ab homine uero post apparentia, a concursu, qui passionem significat, discernere non ignoranti uarius quidem sed inutilis sermo deprehendetur, concursus enim passionē significans morbi speciem ostēdit. At ea symptomata post apparentia, eius tum malitiam, tum mansuetudinem, oporteteq; adiscentem singulorum horum symptomatum facultatē, considerare, & ad inuicem conferre apparentia, & si quidem praua plura bonis, ualidioraq; uidentur, hominem in discrimine esse cognoscere, quod si bona malis ualidiora pluraq; fuerint, bonam ægri expectationē habere, ipseq; Hippocrates hoc te agere consulit, qui inde prę cognitionibus uolumine omnium tum symptomatum, tum inditiorum facultatem singillatim edocuit, atque in illius
„ libri fine inquit: eum uero, qui morituros euasurosq; ne c=
„ non quibus morbus pluribus diebus et quibus pauciori-
„ bus permanere debet, recte prędicturus est, uniuersa
„ quum didicerit inditia eorum facultates adinuicem con-

siderando iudicare oportet: perinde ac litteris proditū est: inditiorum facultates considerando, ex his futurum, præcognoscere consulit: ubi igitur bona cum malis permixta, sunt facultatibus quodammodo paria, exercitato uiro opus est, qui in operibus ea sæpenumero conspexerit, ubi uero uel uniuersa mala sunt quemadmodum hoc in loco, uel omnia bona futurum omnibus manifestum est, quum enim etiam ex se malum inditium sit, fluente aluo animo deficere, nec secus malū uocem amittere, si ad hæc & conuulsio & singultus uel angor hominem comprehē derent, manifestius discrimen ostendetur, quod si aliud quoq; ex se prauum inditium superuenerit, ueluti circa ceruicem faciemq; sudores, longeq; magis hoc in loco ab ipso uoluminis conscriptore dicta nulla bono indicio cū malis permixto, quod talis ex necessitate morietur, ex malorum signorum coaceruatione manifestum est, at etiam inflari, in huius contextus fine ut ænigma additū est, ceu eorum quippiam quæ ex necessitate futura fatentur, quodcunq; inflari significet, siue flatuum in uentre copiā, quæ uniuersum uentrem inflet, siue magnam, crebramq; respirationem, quam etiam in his quos concomitatur affectibus non bonum inditium esse didicimus: ueluti & in uentre proueniētē quocirca alia inditia quærenda non sunt, quum hæc ex necessitate præcedant, nondum enim in his ut in nonnullis à fortuna euenientibus futurorum secura aliqua prænotio fit.

63

Quibus autem cura in febribus tuberosa fiūt, tractuq; temporis non maturantur perdurante febre, faucibusq; haud quaq̄ tumētibus suf

focatio euenit, nec cõcoquantur, sed extinguãtur, iis sanguis enaribus fluere consueuit, & si multus fluxerit, morbi solutionem significat, si uero non, longitudinem, quãtoque minus fluxerit, tanto peior, diuturniorque erit affectus quam si cætera facilia redduntur, iis pedum dolores expectandum, quibus dolore affectis si dolor permanet, inflãmatus, nec soluatur, ad ceruicem quoque dolores paulatim peruenient, & ad iugulum & ad humerum, & ad pectus, & ad articulum, quinetiam tubercula uexabunt, quibus extinctis si manus ulcerentur, uel tremebundæ fiãt delirium conuulsioque eueniet, quinetiã in supcilio bullas rubedinesque æger habebit, necnon altera palpebra iusta alteram germinabit, duroque phlegmone detinebitur, & oculus uehemẽter tumebit, & delirium admodum intendetur, uerum ad delirium spectantia, nocte potius quam die uigebunt, inditia uero multo magis in impari numero quam in pari oriuntur, cuicunque autem horum numerorum eueniant: pernitiosa superueniunt.

Huius uoluminis conscriptor, ut mea fert sententia: quum uniuersa hæc hoc in loco dicta deinceps ad inuicem uidisset, ex particulari obseruatione communem quendam sermonem immodeste fecit: enimuero melius fuisset ita hunc fecisse, quemadmodum Hippocrates *inde morbis uagantibus uolumine scribere consueuit, qui ab initio prius ægri nomẽ ait, deinceps dies in quibus unũquodque euenit, u. luti hoc in loco in dictis symptomatibus facere*

licet, nã tuberosa crura alicui fieri possũt, nec cõquoqui, supponatur autem & febricitare & suffocatum, quiescant, existimare quispiam possit humorum, qui in cruribus erant, transmutationem ad supernas partes factam esse, quę in horum transitu hominem suffocatum reddidit: si igitur talis, ueluti Hippocrates dixit, saluari debet sanguinem e naribus mittere poterit, qui si multus fuerit, morbum soluet, si uero non, in longum protrahetur, rursus si reliqua recte euenerint, fieri poterit, ut dolores ad pedes descendant, quod etiam fieri supponatur, quẽadmodum quoq; his in partibus hominem inflãmari, quod uel multam caliditatem in pede significare consueuit, uel uehementem febrem igneamq; et si post hæc symptomata non soluantur, multitudo potius sursum, rursus delata, & in ceruice & iugulo, & humero & pectore dolorem producet, quemadmodum autem uniuersa hęc ei absq; ratione euenerunt, extingui enim hoc erat: ita manus tremebundas fieri supponatur: conuulsionem deinceps subsequi multitudine ad neruosas partes transmissa, ipsarumq; initium occupãte, hinc enim deliria: quum ergo conscriptor quendam hoc pacto laborãtem, conspexisset: bullas in supercilio habentem, phlyzacia enim hoc significat, immodeste enuntiauit, uniuersis hoc pacto se habentibus futurũ hoc symptoma: Atq; de his: quæ deinceps litteris prodita sunt, eadem ratio habeatur. quod enim uni ita laboranti, siue duobus euenit, id ad omnes extendendo dixit, ipsos etiã rubedines habere, alteramq; palpebram iusta alteram germinare, & inflãmationem aridam fieri, & oculos admodum tumere, quorum cætera manifesta sunt: At palpebram iusta alteram germi-

are, incertum est, an significare uoluerit quandã ex parte ipsarum genitam consertionem, uel carnosum quippiam germen in altera quidem genitum, sed ad alteram extensum, uerum si ex eius inuẽtione aliquam utilitatem consequi liceret, de hoc abunde magis considerassem.

64

Quos si ab initio medicamentis purgare statueris ante quintum diem id facere oportet si aluus murmurauerit, si uero non, absq; pharmatia eas dimitte, ꝙ si murmurauerit, excrementaq; biliosa fuerint, scamonea moderate purga, quod uero ad reliquam medelam pertinet, potiones sorbitionesq; perexiguæ offerendæ sunt, ut melius se habeat, nisi quartum decimum diem transierit.

Prædicti concursus curationem scribit, ita enim ipsum appellat, quod perinde ac dixi, mihi non placet, quinetiam curatio hęc, nihil commune obtinet pręter ea: quę iam in superioribus sępenumero diximus, protulit enim prius esse considerandum, quę in aluo sunt quibus per murmurationem cognitis, medicamentis purgandum, ꝙ si deorsum repentia biliosa fuerint, scamoneam exhibet, pharmacum: quod biliosa purgandi uim obtinet: quantum uero ad reliquam medelam pertinet, perexiguas sorbitiones offerẽdum iubet donec quartumdecimum diem æger præterierit, quo sermone ante quartum decimũ morbum concoctum esse non posse demonstratur.

65

Quum febrienti in quartodecimo die uox intercipitur, celeris solutio morbiq; permutatio fieri

fieri non consueuit, sed tempus significat: quũ igitur ea die apparuerit, in longius morbus protrahetur.

Hic sermo his superfluus est, qui symptomata, quum in diebus decretorijs apparent, maiorem uim obtinere didicerunt, hac enim in parte libri conscriptor, in una particulari re quartidecimi diei, hoc uniuersali usus est, nam quemadmodum in cæteris decretorijs diebus haud secus in hoc, si quippiam prauum symptoma apparuerit, maiorem uim obtinebit, cæterum futuri enuntiationẽ neq; simpliciter neq; temere sed cum determinatione facere oportet, si enim quippiam bonum inditium maiorem uim obtinens, æger habuerit, longiori tempore laborando seruari poterit, ꝙ si nullum huiusmodi aderit: uitam cum morte commutabit, quum morbi concoctioni facultas sufficere nequeat, qui igitur hæc conscripsit, morbum prorsus diuturniorem fore, male pronuntiauit, fieri enim potest, ut etiam celeriter pereat, qui in decimo quarto die uocẽ amisit, si cũ cęteris sęuis inditijs symptoma factũ fuerit.

67

Quũ uero febrientis lingua in quarto die conturbata loquitur: aluusq; biliosa liquida deiicit, talis delirare cõsueuit, sed obseruandũ id; quod accidentia insequitur.

Non solum in hac die uerum etiam in alia hoc euenit, ꝙ si in quarta quoq; apparuerit primo, septimam maiori cũ periculo esse significat, hoc est quę in ea fieri debent.

68

In æstiua autumnaliq; hora acutis in morbis repentina sanguinis destilatio, robur, mul-

tamq; uenarum inflammationem significat; quinetiam q postero die urinæ tenues apparebunt, & si ætas uiget, corpusq; in exercitio cõsuetũ, uel bene carnosum æger habuerit, aut melancolicum, aut ex potione manus tremulæ fuerint, delirium uel conuulsionem prædicere bene se habuerit.

Hic quoq; contextus multorum symptomatum complicationem obtinet, quę unà in omni homine ęgro haud quaquã eueniunt, quocirca ad hunc modum litteris prodita, inutilia existunt, quum doctrina utilis ex uniuersalibus fiat: ut Hippocrates facere consueuit, dictum autem est q uniuersalium nonnulla perpetuo primam habent facultatem & usum, quędam magna ex parte secundam, q si anceps quippiam uel rarum fuerit, id ad doctrinam inutile est, quę igitur dixit singulatim cõsideremus: atq; ante omnia quod primo recensuit, in æstiua autem autumnaliq; hora acutis in morbis repentina sanguinis destillatio, robur multamq; uenarum inflãmationem significat, quinetiam q postero die urinæ tenues apparebunt, et si ætas uiget, corpusq; in exercitijs cõsuetum uel bene carnosum æger habuerit, aut melancolicum aut ex potione manus tremulæ fuerint delirium uel conuulsionem prædicere recte se habuerit melius itaq; erat dicere robur indicare, uenas curatione indigere, uerum sanguinis enaribus destilationes semper prauum esse Hippocratem dicere nouimus, quia natura, quod superfluum est, excernere conatur, sed nequit uel ob propriam imbecillitatẽ, uel sanguinis crassitiem, uel partium densitatem, uel ex eorum nõnulli aut uniuersis congregatis, quum autem semper prauum indi-

tium sit, magis autem in æstatis tum autumni initijs eius facultatem intendi contingit, in his namque diebus & flaua bilis abundat, & ambiens nos aer calidus est, quocirca ob ambo sanguinem bene fluentem esse oportebat, caussa itaque ob quam fluere prohibetur, magnitudinis inditium est, quam robur esse ait, fortasse densitatem ad hunc modum appellans, tamen hoc pacto se habentes uenarum curatione indigere, haud quaquá edocet, nisi quod ait, quam dixit curationem, non tamen dixit, sed prędictionem tantum litteris prodidit, primo quod postero die urinæ tenues apparebunt, in hoc solo die inconcoctis haud quaquá apparentibus, uerumetiam in præcedentibus, conuulsionem præterea, deliriumque fore ait, si hoc pacto laborans ętate uiguerit, ad hæc tum exercitium tum bonam eius carnositatem commemorauit, necnon temperamentum, melancolicus enim temperamenti nomen est: quinetiam ex potione eos manus tremebundas habere inquit, hęc igitur symptomata complicari adinuicem possunt, non tamen ex necessitate uel magna ex parte delirium conuulsioque ea sequetur.

69

Et si in paribus epigegnite superuenerint, bonũ est in iudicio autem pernitiosum, nisi multus abunde sanguis impulsus redundantiæ transitus fecerit, per nares uel per sedem, uel producantur abscessus, uel commutationes, aut ad præcordiorum dolores, aut ad testes, aut ad crura, quibus concoctis transitus fiunt, tum sputis, tum urinis crassis leuibus albis.

Huius dictionis epigegnite duæ scripturę reperiuntur,

una quæ tertiam syllabam per t elementum scribit, alia per g. uerum siue cum prima epitineste, hoc est superintendi paribus diebus ægros dicat, siue cum secunda epigegnete hoc est superuenerint dicta symptomata in paribus diebus non confestim est et melius, hoc autem ipse dixit, neque enim si pares considerare oportet uerum etiam si decretorij, quartum enim diem qui par est, etiam ipsæ ex paulo prius dictis, magnam uim obtinere asseruit, quod uero deinceps dictum est, uerum existit, nam si sanguis multus quouis modo expulsus fuerit, salutis spem habet, abscessu preterea, commutationeq; eos saluari ait, abscessum quidem propria appellatione manifeste declarans, commutationem autem quum ait ad præcordiorum dolores aut ad testes aut ad crura. differunt autem adinuicem, quia abscessus iuditium infert, ęgrumq; ab omnibus eum infestantibus liberat, commutatio uero, quia aliarum accessionum laborumq; initium obtinet, ut corporis locus, ad quem lædentium humorum transmutatio facta est, alio rursus tempore ad concoctionem indigeat, quocirca addidit, quibus concoctis transitus fiunt, tum sputis, tum urinis crassis leuibus albis trãsmutationẽ concoctã esse, inditia edocẽs, ex sputis, urinisq; cõcoctis.

70

Febri singultuariæ lasseris succũ oxymel, daucum tritum in potu exhibe & chalbanum in melle & cyminum in eligmate, ptisanæq; cremorem in his exorbendum, talis autem euitari non potest, nisi decretorii sudores, somniq; æquales supuenerint, & urinæ crassæ, & acres effluxerit, uel ad abscessũ ϛηρίζη hoc ẽ firmet.

Singultus & lyngas & lyngus, gręci appellare consueuerunt, qui stomaci conuulsiui motus sunt aiuntque tum ob immoderatam repletionem, tum euacuationem prouenire. ob euacuationem quidem eueniuntes, ferè curationem non admittunt, qui uero ob repletionem ab infarcta, tum incidentibus tum abstergentibus curantur, e quibus numero sunt hoc in loco litteris prodita, ipsa uero mordicatio etiam ob acredinem stomacum mordicantē in pręsentiarum fieri uidetur quemadmodum quum quispiam plus piperis uel aliud huiusmodi ingessit, & sanè nonnulli febrientes singultu oppressi rodentē maximeque acrē humorem euomuerunt, à quo symptoma prorsus cōquieuit: At huiusmodi febris haud quaquā singultuaria appellatur, nam ut singultuosa nuncupetur, permanere amplius singultum oportet, uel etiam per totū morbi decursum unà cum febribus exacerbari, quam febrem à decretorijs sudoribus somnis æqualibus, urinis acribus, et crassis euacuatis curari ait, uel talibus excretis uel si ad abscessum firmentur.

71

Coccalos, idest pini fructū myrrhamque in elygmate exhibe, in potu uero oxymel pexiguū.

Hoc absque ordine scriptum est, melius enim fuisset id parum superius scribere, in ea sermonis parte: ubi eos curauit: qui tum pectus, tum pulmonem per sputa expurgare debent, non ubi de febre singultuosa sermonem habet, quinetiam quod dicitur īmanifestum est, coccalos namque ab eo dictum, non ad hunc modum, sed conos magis ab ant quis græcis nuncupabatur, perinde ac a recentioribus medicis ferè uniuersis strobilos, consueuit autem ex

hoc elygma confici, quando maxime pinguis fuerit, hoc est quum multam peculiarem resinam circa ipsum fusam habuerit, concoquunt autem fructum hunc in aqua cum marubio recenti quo decocto moderatum mel permiscent, rursusq́; hoc concoquũt donec mellis crassitiem habuerit, quo pharmaco ad hunc modum præparato ad pectoris pulmonisq́; expuitiones utimur, quemadmodum uero alia quoq; nonnulla medicamenta nõ raro imponimus, eodem modo & huius uoluminis conscriptorem myrrham addere conueniens est, quod deinceps paucis declarauit dicens pini fructum myrrhamq́; in elygmate exhibe, ipsos prӕterea pini fructus, qui eduntur, cum myrrha offerre potest, rursusq́; hoc in loco fortasse haud perperam intellexerimus mel pharmaco permisceri: uerumenimuero nonnulli præscriptum contextũ seiungendo, hunc seorsum scribunt, aliqui illius finem huius initiũ faciunt ad hunc modum si uero ad abscessum firmetur pini fructũ myrrhamq; in elygmate exhibe, ut morbis qui ad abscessum firmantur pharmacum esse intelligamus, quod absq; ratione est prẹsertimq; ob id quod infert, in quo ait in potu uero oxymel perexiguum, si quidem in singultuosa febre rationi consentaneum est acetum formidandum esse. At in his, quæ ad abscessum firmantur, nequaquã, quamobrem nonnulli alij partim contextum hũc cum præscripto coniungunt, partim separant, hanc coniunctionem autem addendo, atq; ad hũc modũ scribunt, si autem ad abscessum firmetur, quod etiam de prædicta singultuosa febre dictum est, consulente libri scriptore si singultuosam febrem interdum ad abscessum firmari contingerit, pini fructum cum myrrha exhibendum, co-

piosumque oxymelitis potum cauendum, syllaba uero ultima huius uerbi στηρίζη siue cum ζ litera scribatur siue cum ȥ, nullam insignem mutationem sermo habebit.

72

Quod si a siti admodum molestarentur hordeaceam aquam in potu perhibe.

Quod potum hunc exhibeat ueluti sitim sedandi uim habens, manifestum est, sed melius fecisset, si quo pacto hordea præparare oportet edocuisset, utrumne simpliciter infundendum, an quemadmodum huius temporis homines agunt, qui ex his zythũ faciũt, uel aliquo alio modo.

73

Cæterum pulmonis abscessus lateralesque dolores ad hunc modum considerare oportet, si febris acuta fuerit, & alterius lateris uel amborum dolores infestent, & spiritu ad supernas partes delato: si laboret æger, & tusses molestent & sputa ascenderint fulua, aut liuida uel etiã tenuia, & spumosa, & florida, & si aliquã aliam differentiam præter edoctas, obtinent, hos hoc pacto degere oportet.

In legitima uoluminis parte magni, effatuque digni omnes tum lateris dolores, tum pulmonis abscessus determinati sunt: quę uero omnibus medicis nota sunt prætermissa fuere, qualia sunt: hoc in loco conscripta, & primo concursum ab antiquis empiricis appellatum, quæ symptomata antiqui assidentia affectibus appellabant, acuta ergo febris & alterius lateris uel amborum dolor pręsertim in expiratione factus, id enim est & spiritu sursum delato, si laboret æger: & tusses molestent & sputa ascẽ

derint fulua uel liuida & tenuia & spumosa & florida uel alio quouis modo a consuetis recedentia, quod declarat quum ad hunc modum scribit, & si aliquam aliã differentiam præter edoctas obtinent, que omnia laterali dolore pulmonisq; abscessu affectis euenire uideri ait, hos ita degere oportet.

74

Si dolor sursum terminetur ad iugulũ, uel circa mamillam brachiumq;, internam brachii uenam incidere oportet, in ea uidelicet parte, in qua fuerit dolor.

Rursus & hoc in loco legitimę partis sententiam pręparat, quia quod pretermissum fuerat, & unà cum his quę ipse dixerat intelligi debebat, adiecit, uidelicet hoc, e directo lateris patiẽtis uenam esse incidendã, quod declarauit ad hunc modum scribens, internam brachij uenam incidere oportet, in ea uidelicet parte in qua fuerit dolor, manifeste breuitati studens interpretationem neglexit, nam quum cubiti uenam dicere deberet, brachij ait.

75

Atque pro corporis habitu, & anni tempore, & ætate, & colore detrahendum, amplius etiam confidendo, si uehemens fuerit dolor, ad animi usq; defectionem.

Hoc in loco rursus plusquã mediocriter uenę sectionis intentiones dicere cupiens nihilominus nonnullas dimisit, neq; enim facultatem commemorauit, neq; sanguinis mutationem, quinetiam neq; regionem neque constitutionem, plus uero auferendum iubens, confidendumq; ad animi usq; defectum ducere in contextu peccauit, quum adiicit

quam ob causam audendum, nam ob doloris uehementiã ad ampliorem sanguinis euacuationem deuenimus, sed fluere permittimus non ex uehementia, sed ex alijs, si & facultas ualida fuerit, & eger ætate uiguerit & sanguis abundauerit & laborantis natura densior duriorq; fuerit, & cum difficultate per halitum digeratur & multi sanguinis sit & anni tempus et constitutio temperata: ita enim & regio, nam ad animi usq; defectum, confidendo ducere, ex his nobis euenit.

76

Postea clysterem immittendum.

Post uenæ sectionem clystere immittendum iubet, melius autem erat, Hippocraticam determinationem addere, nisi sponte deiectio sequatur.

77

Quod si dolor sub thorace fuerit ualdeq; tetẽderit, laterali morbo affecto uenter subducendus est. At in medio purgationis nihil dandũ, post purgationem uero oxymel, quod purgãs medicamentum quarto die exhibendũ, in tribus autem primis diebus clystere immittendum. & si non alleuietur, ad hũc modum purga. præterea donec absque febre & in septima sit, custodia adhibenda est, deinceps si in tuto esse uideatur, ei exiguum cremoré & tenuem in primis & melle permistum perhibe: q; si facile reuocatur, & bene spirat, uel etiam latera absq; dolore fuerint, paulatim crassiorem, ampliorem q;, & bis in die dabis.

Morbo laterali affectum eum appellauit, de quo Hippo.

crates in legitima uoluminis parte sermonem habuit, in qua ita laterali morbo affectos purgat, quod bis facit, in quarto uero die pharmatiam exhibendum esse, & in primis tribus diebus clystere immittendum indeterminate dictum est, nullum enim huiusmodi remedium ægro iniungere oportet à numero dierum intentionem faciendo: sed quod Hippocrates dixit qui uel confestim in initio antequã humores firmentur, pharmatiam exhibere iubet, uel postea quum concocti sunt, quocirca etiam in primo die & interdum in secundo & in quarto & nonnunquàm in quinto pharmatiam exhibuimus non in quarto tantum, ut iste litteris prodidit.

78

Si uero nõ facile liberetur, minorem potum & exiguam sorbitionem tenuemq; cremorem & semel offerẽdum in quocunq; tempore melius se habere uidetur, quod ex urinis dignosces: Cæterum in his morbis sorbitionẽ exhibere non oportet anteq̃ lotia sputaq; concocta esse conspicis, ꝙ si exhibito pharmaco quispiam crebro purgetur, eam offerre necessarium est, sed minus tenuiusq;. nam ob uasorũ inanitionem dormire non poterit, haud secus neq; concoquere, neq; iudicia sustinere, uerum postq̃ crudorũ colliquationes factæ fuerint, & resistentia abiecta nihil prohibet.

Quum de particulari cibi occasione Hippocrates ageret, quinetiam ipsemet conscriptor in præscriptis pectoris pedumq; caliditati mentem adhibendam esse, consuluit: urinarum enim consideratio ad uniuersalem uictus ra-

rionem non, ad particularē utilis est, quocirca hoc in loco haud recte dixit tenuem cremorem & semel eo tempore exhibendum, quo melius se habet, cognosciq; id ex utrius, nam quāuis breuissimam inclinationem ad melius in particularibus exacerbationibus urinæ haberent, nihilominus id tempus adeo diuturnum non est, ut eas reponemus, expectemusq;, an nebulas sublimes uel subsidētes habuerint hæc enim multo tempore fiunt: At in acutis morbis etiam in decrementi initio ægros alere interdum necessarium est.

urinis

79

Concocta autem sunt sputa: quum puri haud absimilia fuerint: lotia uero quando sedimenta erui modo subrubea sunt, cæteris uero laterum doloribus & fomenta & ceromata adhibere nihil prohibet, crura autem lumbosq; calido oleo inungere, & pinguedine illinire. At præcordiis ad mammas usque ex lini semine cataplasma imponere, uerum uigente pulmonis abscessu nisi expurgetur, in nullo auxilio spes est, prauumq; existit si cum difficultate spiret & lotia tenuia & acria & sudores circa ceruicem caputq; eueniunt, sane huiusmodi sudores praui sunt ob suffocationem & impetum, & uiolentiam uincente affectu, nisi lotia multa crassaq; eruperint, & sputa concocta exierint, quodcunq; autem horum sponte euenerit, soluet affectum.

Qui de concoctis urinis ad hunc modum scribit, neq; meminit suiipsius sentētię in superioribus scriptę, neq; Hip-

pocratis aliter dicentis: uidelicet hoc: urina autem optima est, quum sedimentum album & lene & equale fuerit, cætera uero contextus de laterali dolore pulmonisq; abscessu affectis dicta, etiam absq; mea interpretatione manifesta sunt, tum in quo conscriptor, ab Hippocratis sententia recedit, tum in quo maxime, uel prorsus uel aliqua ex parte eum insequitur.

80

Pulmonis abscessu affectis elygma: pini fructū galbanumq; ex melle attico dabis: Abrotanū in oxymelite, piper, ueratrum nigrum ubi ferueferis etiam laterali affectu correpto in initio quum dolor infestat, propinandum exhibe panacem quoq; in oxymelite feruefactam percolatamq; in potu perhibere bonum est, quinetiam iocinorosis, necnon septi trásuersi dolore affectis: ubi præterea aluus uel urina citanda est, in uino melleq;: quæ autem ad uentrem exhibentur cum aqua mulsa aquosa plus in potu dabis.

Primum secundumq; pharmacum sputa educendi uim habet, quod uero ex nigro ueratro cōponit̄ uētrē subducit. At quod ex panace cōficitur, ad quid utile est, iste dixit.

81

Quum intestinorū difficultas quiescit, abscessum aut quempiam tumorem efficit, nisi in febres uel sudores desierit, & urinæ crassæ & albæ & lenes apparuerint, uel ad tertianas uel ad uarices transierit, aut ad testem aut ad crura, aut ad coxam dolor firmetur.

Etiam hic sermo indeterminatus est, quum neq; conscriptor demonstret qualem intestinorum difficultatē dicat, neq; omnis intestinorum difficultas hæc inferēdo cōquiescat.

82

Si in biliosa febre ante septimum diem una cū horrore morbus regius superuenerit, febrē soluit, q̃ si absque horrore superuenerit, præter occasionem, pernitiosum est.

Quando morbus regius cum horrore superuenit neq; ante septimum neq; post septimum febrem tollit, sed ad hunc modum distinguere oportet, febre correptis morbus regius superuenit, interdum ueluti symptoma iocinoris affectus, nonnunquā quum natura per cutem bilem excernere conatur, & id facere nequit, perinde ac in uniuersis abscessibus fieri consueuit, sed de huiusmodi morbis regijs in aphorismis dictum est.

83

Lumborum rigorem, græci tetanum uocant, flatuumq; in uenis interceptiones, quum ab atrebilioso sāguine fuerit, uenæ sectio soluit.

Quum ob atrebiliosum sanguinem: qui in uenis redundat, flatuum interceptiones eueniunt, uenæ sectionem has soluere ait, flatuum uero interceptiones si de his flatibus sermonem habet: qui in artherijs continētur, Antiqui etenim etiam has uenas nuncupabantur, quis alius affectus eueniet quàm pulsus priuatio, q̃ si de his quæ in pulmone sunt, intelligit, rursus hoc in loco spirationis uocatum carentiam obscure insinuauit, cæterum sanguinis multitudine, crassitieq;, non modo fieri potest, ut interdum artheriæ flatu repleantur, transitumq; non habeāt, uerūetiā

quę proprię uenę appellantur.

84

Quum uero obtendines anterius uehementer retrahuntur, ſudoresq; circa ceruicē faciemq; oriuntur, a labore mordicatis exiccatisq; tendinibus caudatis, quorum craſſiores ſpinam continent, qua maximæ exortæ copulæ ad pedes uſq; terminātur, his niſi febris ſomnusq; ſuperuenerit, & lotia exeuntia, cum cōcoctione euenerint, & ſudores decretorii, uinum uinoſum creticum exhibe, polentamq; coctam porrige, quinetiam ceroto ungendum, ilinendumq; crura ad pedes uſq; in ſcapha aqua calida irrigando inuoluendum, & brachia uſq; ad digitos: ſpinam præterea a ceruice uſq; ad coxas molli pelle a porco pingui extracta uelandum, ut etiam anteriora contineat, dimiſſisq; utrium fomentis calidam aquam infundendo & linteo inuoluēdo in cubile ipſum reclina aluus uero admodum ſoluenda non eſt, niſi glande, quum diu aſtricta fuit, q; ſi tibi in melius proficiſci uidetur, ſat eſt, ſi uero nō, modi radicem in uino odorato terrendo, daucumq; in mane ieiuno anteq̄ lauetur, potui dabis, atq; poſtea farinam coctam tepidam q̄plurimam comedat, uinumq; temperatum, quū uoluerit, propinetur, & ita in melius procedet, ſin minus, prædicere oportet.

Hic quoq; ſermo indeterminate dictus eſt nonnullaq; nomina improprie ſcripta ſunt, tēdines enim a labore mor

dicari improprie dictum est, si quidem uerbum morde= re humoribus acribus non laboribus conuenit, quinetiam in contextus initio, quum ait, uehementer anterius retra hũtur deinceps inquit excitatis tẽdinibus caudatis, quo= rum crassiores spinam continent, ad caudam usq; exten= sos ad hunc modum appellans: ossis autem terminum cau= dam nuncupat q si utraq; ex parte tendi significare uult, fieri potest, ut & ad anteriora & ad posteriora rigor extendatur, perinde ac parum superius dixit, lumborum rigorem, non tute prę terea ex urinarum concoctione af= fectuum facilitatem præcognoscit, ex urinis enim febrilis morbi cruditates manifestę indicantur, musculorum ue= ro ab urinis indicatio secura non est, sed ad hoc exigua, uinum autẽ absq; determinationes his exhibere utrumne ob refrigerationem an aliam ob causam affecti sint haud exiguum peccatum est, uerum etiam admodum immode= stum, aluum quoq; multum soluenda non esse, nisi glan= de absque ratione dicitur siquidem in his magna cũ uti= litate soluetur, cætera uero contextus manifesta sunt.

85

Morbi omnes uel per os uel per uentrẽ uel per uescicam, uel per aliquem aliũ huiusmodi ar= ticulum soluuntur, sudoris uero species, uni= uersis communis est.

Hic sermo neq; uniuersalis est, neque omnibus communis, non enim per hæc tantum uerum etiam per matricem & per sanguinis fluxũ: qui enaribus euenit, morbi soluũtur.

86

Quibus destillatio e capite descendit, his uera= trum exhibere oportet,

Vniuersis, quibus destillatio a capite descendit, ueratrum exhibere necessarium haudquaquã est, sed interdum solius capitis prouidentiam facere consueuimus.

87

Cæterũ quibus ob abscessus uel phleboragiem idest uenæ fracturam uel ob intemperãtiam, uel ob aliam quãpiam ualidam causam purulenti fiunt, his ueratrum nequaquã exhibe, nihil enim præsidii afferet, & si quid æger patiatur ueratrum causa esse uidebitur, ꝙ si corpus resoluitur, & caput laborat & aures obstructæ sunt, uel nares, aut sputum non redditur, aut genua grauantur aut corpus præter naturam intumescit, quodcunq; horum euenerit, dabis modo hæc neq; ex potibus fiãt, neq; ex uenereis neq; ex tristitiis, neq; ex uigiliis, nam si horum quippiam in causa fuerit ad id curationem dirigere oportet.

Phleboragiem uenarum fractionem dixit, ꝙ autem neque ob huiusmodi causam purulenti factis, neq; ob abscessus, neq; ob aliam causam, ueratrum exhibere conueniat, manifestum est, purulenti uero ob intemperantiam in pręsenti enumeratione perperam recẽsentur, si quidem intemperantia ex se intemperatos lędit, ut repletio: cruditas, ebrietas multa uenerea uigiliæ cæteraq; huiusmodi, cęterum quum prius dixisset: quibus ueratrum exhibere non oportet, ait, ꝙ si corpus resoluitur, hoc est si effatu dignum fractum redditur, absque uidelicet manifesta causa, uel dolor in capite diuturnus, & cum difficultate solubilis fuerit, hęc enim te subintelligere oportet, tum

capitis

capitis labori, tum uniuersis, deinceps dictis obstructis, uidelicet aures nares & sputa, adiecit preterea genuum grauitatem, laboremq́; necnon corporis tumorem præter naturam, nam in omnibus his absq; manifesta causa factis ueratrum exhibendum consulit: uniuersalemq; hũc sermonem in particulares diuidẽs inquit, modo neq; ex uenereis neq; ex tristitijs uel uigilijs fiant, ea quę dicta sunt, si enim quopiam horum euenerint, aduersus agentẽ causam pugnandum prçcipit, ex omnibus autem dictis, quæ nam ueritatem obtineant, & quę non, tum in Hippocratis libris, tum in nostris negotijs didicistis.

88

Laterum ob itinere dolores, dorsi lumborum, coxarum, quæcunq; deniq; inter spirandum dolent, manifestam causam habentia, sæpenumero enim ex crapulis cibariisq; flatuosis, tũ in lumbis, tum in coxa dolores euenire consueuerunt huiusmodi autem accidentibus affecti, urinam cum difficultate reddũt, quorũ causa iter ẽ, nec nõ destilationũ, raucedinũq;.

Hæc haud quaquã cum ordine interpretatus est, quum enim prius ab itinere dolores dixisset, laterum dorsi lũborum, suspitionem fecit se dicturum quo pacto talia curantur, atque deinceps hęc interponendo: sæpenumero enim ex crapulis cibarijsq́; flatuosis, intulit, quicunq; huiusmodi accidentibus afficiuntur, urinam cum difficultate reddunt, & postea rursus prosequendo dixit, horum causa iter est, necnon destillationum raucedinumq;, absq; capite, ut quispiam diceret, sermonem faciendo.

89

Quæcunq; uero ob uictus rationem eueniũt, pleraq; unusquisq; ut præter consuetudinem æducatus est, maxime declarat, etenim quicũque prandere non consueuerunt, si prandium assumpserint, eius uentriculus intumescit, & somnolentia & repletio ipsis euenit. ꝙ si cenauerint, uenter turbabitur, quibus ellotis dormire confert, quũ uero expergefacti sunt, tarde crebroq; incessu deambulare, & si uenter subiuit, cenandum, pauciusq; uinum & meratius bibendum, ꝙ si aluus onera non deiecit, calido unguento corpus ungendum, & si siti molestantur, aquosum uinum albũ aut dulce propinando, quiescendum, si uero dormire non poterint, plus quiescendum, reliqua autẽ uictus ratio haud secus q̃ ubi crapula aliquẽ læsit, instituenda, quæ uero ad potus spectãt, huiusmodi sunt aquosi tardius penetrant, & circum ducuntur, & in præcordiis supernatant, atq; ad urinam non penetrant, uerũ qui huiusmodi potu repletus est, nullum opus celeriter agat, quod corpus tensum, ui uel celeritate laborare faciat, a cibo autem donec concoctus sit, q̃ maxime quiescat. At quicunq; potus puri sunt, uel austeriores, corporis tremorem capitisq; pulsum efficiunt, hos superdormire recte se habet, calidumq; quippiam sorbere, quod his iucundissimum sit, ieiunium enim ad capitis dolorem crapulamq; prauũ est, cæterum quicunq; semel comedunt, ii &

quum p̃ter cõsuetudinẽ uasa inaniuerit, ĩbecil les euadunt: & calidã urinã mingũt, quetiã os salsum amarumq; redditur & ĩ quouis opere contremiscunt, & tempora tenduntur & cenã ꝯcoquere nequeunt, perinde ac si prãsi fuissent hos minus bibere oportet q̃ cõsueuerant, mazamq; humidiorem pro pane, assumere, & ex oleribus rumicem, uel maluam uel ptisanam uel bletam, dum autem cibantur uinum modicum aquosiusq; potandum, atq; a cena parum deambulandũ donec urina defluat, mingantq;, piscibus præterea coctis utantur.

Vniuersum hunc sermonem in legitima uoluminis parte explicatum esse meminimus, ex illis ergo, hæc haud secus dicta dignoscere iudicareq; poteris, mihi autẽ in huiusmodi, sermonẽ protrahere, necessariũ haud quaq̃ est.

90

Cibaria autem maxime indicant.

Eduliorum facultatem, haud quaquam ratione aliqua, sed experientia iudicare conuenit. Cibaria autem uel edulia hoc in loco dicere nihil refert; Cæterum qui hæc scripsit, huiusmodi quippiam significauit, hoc uerbo indicat. In una quaq; enim alteratione ex ualidis cibarijs inditis corporibus fieri ait, deinceps autem ea enumerat.

91

Allium flatum gignit, pectus calefacit, caput grauat, fastidium parit, & si prius quispiã dolor molestare consueuerat, eum exacerbabit, urinam cit, bonumq; hoc obtinet, id autẽ comedere optimum est, quũ quispiam potatio-

ni uel ebrietati indulgere proposuit.

Si unumquodq; quod editur, experientia iudicare oportet, allium flatum gignere haud recte dicitur, neq; amplioris caliditatis sensum, quã cepam comedentibus inferre, neq; in thorace neq; in alia corporis parte: haud secus neq; fastidium parit, & presertim si quis ipsum parum elixando ingesserit, pleraq; autem edulia quum repletum fuerit, corpus calefaciunt, quum uero prius fuerit euacuatum, id effatu dignum excitant, libri ergo conscriptor quum absq; determinatione enuntiationem fecerit, errauit, determinare enim melius erat, perinde ac dictum est, simpliciter autem dicendo hoc in loco de allio sermonem habuit, sed melius fecisset si ipsum excitare, calefacereq; dixisset et flatum discutere, & quoniã absq; determinatione sermonem proferre non consueuimus, proinde subintelligendum quando in tempore conueniẽti exhibetur, quod corpore præparato significat: preparatum autem est, quum neq; repletum, neque malis humoribus refertum fuerit, quinetiam caput ab eo grauari, haud recte dixit, nam si præeuacuato corpore allium ingesseris & capitis & omnis alterius partis grauedinem curabit: miror autem, quo pacto quum de eo prius dixisset, ea quæ usq; ad præsentem partem percurrit, deinceps dicat, id autem comedere optimum est, quum quispiam potationi, uel ebrietati indulgere proposuit, ex his enim neq; crapulam neq; ebrietatem efficere uidetur, sed ita ab ipsis præseruare, ut & grauitatem expellere possit, & flatus curare. hæc quidem recte dixit & adhuc esse pharmacum quod urinam ciendi uim obtinet. Cætera falso addidit, unàq; ad uerbum pugnantia.

92

Caseus autem flatum, angustiam & ciborum accensionem efficit, crudum indigestumque est his uero, qui potu se repleuerunt, id comedere pessimum existit.

Mollis recensque caseus, sicco magis flatum parit, minusque astringit, quàm siccus hoc est uentrem sistit, enimuero quãquã siccus minus flatuosus est, & magis uentrem sistit. nihilominus magis sitim parit, quod declarauit, quũ dixit, ciborum accensionem efficit, crudum autem & inconcoctũ in medio cõtextus ĩteriecta sunt, haudquaquã diligenter interpretata, ostendit itaque omne quod in humoribus corporis, crudum indigestumque consistit, ex huiusmodi eduliis fieri posse qualis caseus, crudum indigestumque edulium, ac si ad hunc modum dixisset, caseus autem flatum uentrisque astrictionem efficit & ardens est, crudum preterea indigestumque edulium existit, nec non huiusmodi gignit humores, ait ad hęc his qui potu se repleuerunt id comedere pessimum est, quod idiotis quoque patet, quinetiam alia ratione caseus prauum edulium est, quia crassos humores parit, & cum difficultate concoquitur, quod si quispiam potu repletus eo utatur, omniũ eduliorum pessimum euadit, quum uentriculi os aggrauet, ipseque primo corruptus, cætera quoque unà cum eo corrumpit.

93

Legumina uero & cruda & cocta & fricta flatum gignunt, minime, autem infusa, uel uiridia, uerum nisi cum cibariis, his nequaquã utendum, unumquodque autem ipsorũ proprium

uitium obtinet.

Vniuersa legumina uentriculum replent, crudaq; concoctu omnium difficillima sunt, fricta uero flatuosa quidem minus sed non minus concoctioni resistunt, At quęcunq; plurimum concocta sunt, ea moderatiora existunt: Cæterum quod deinceps scriptum est, in quibusdam exemplaribus ad hunc modum iacet, & infusa & uiridia, ueluti etiam ea dicta uitia obtinerent, in quamplurimis autem non hoc pacto, sed cum altero initio, minime autem infusa: uiridia quidem nuncupantur non sicca, neque iam exquisite perfecta, infusa uero quæ in aqua proiecta sunt, absque cibarijs autem leguminibus haud quaquā esse utendum consulit, cibaria uidelicet præcipue panes ex triticis intelligens, uel simpliciter omnes quoquo pacto præparati fuerint, fortasse enim etiam cætera omnia intelligit, ex quibus panes cōficiunt eas et tiphas et hordea: At rustici ex milio quoq; panes cōficiūt.

94

Cicer crudū frictumq;, flatū, & laborē efficit.

Nonnulli ob id flatuosum scribunt, quia cicer pudenda tendit, ob tamen laborem in contextu subscriptum, ad dolorem qui a flatuositate suscitatur id referimus.

95

Lens autem astringit tumultumq; facit, si cum cortice fuerit.

Hanc uocem tumultum perturbationem quandam significare dixi, ac ueluti pugnā a cibarijs, inter se facultatibus differentibus in uētre factam, quemadmodum etiam hoc in loco quando cum cortice ingeritur, qui carne ipsa longe magis concoctioni resistit.

96

At lupinus minime horum mala obtinet.

Minime hoc in loco oppositũ significat quàm maxime, uidelicet minima prædictorũ mala lupinũ obtinere dixit.

97

Verum lasserpitii caulis succusq́, quibusdam maxime, inexpertis uero uentrem non transgreditur, sed siccam bilem accersit.

Lasserpitij radicem homines appellare consueuerunt æquè uoce tota herbæ: hanc iste ait, quinetiam herbæ succum inexpertis hoc est non consuetis siccum bilem efficit, sed quę nam hęc sit, paulo post ipse edocet ad hunc modum scribens, a bili autem sicca uenter intumescit & sonitus adsunt, flatuosum ergo spiritum ob lasserpitij oblationem in uentre coaceruari manifestum est, quod acre ardensq́ existit, cæterum quid nam significet, quibusdam maxime ex contextu haud quaquã manifestum est: Atq; proinde quum quispiã exponet, quodcunq; magis persuasibile ei uidetur, dicet, in huiusmodi enim quod rationi consentaneum sit dicere, difficile est.

98

Maxime autem id euenit, si cum multo caseo, uel bubularum carniũ edulio permisceatur.

Aridam ab eo appellatam bilem his maxime euenire ait, qui lasserpitium unà cum multo caseo uel bubulis carnibus ingesserunt, nam flatus a lasserpitio gignitus, edulijs, quæ meatus obturandi uim obtinent, tardeq́; penetrant, commistus per uentrem haud quaquã transgreditur.

99

Atræ enim bilis affectus a bubularum carniũ

cibo exacerbantur, natura namq; ipsarum superari non potest, neq; quiuis uétriculus eam concoquere ualet.

De lasserpitij facultate sermonem habebat, cui bubularum carnium cibum immiscuit, atque deinceps prosequendo, facto ad atrę bilis affectus transitu, eos ab his exacerbari ait, postea ac si duplices causas redderet hoc inquit natura namq; ipsarum superari non potest hac coniunctione namq; usus est, quéadmodum eorum quæ dixerunt causas reddentes, nec tamen ipsius atrę biliosorum affectuum a bubulis carnibus exacerbationis causam retulit: sed aliam communiorem, eam uidelicet, quę ad concoquendi difficultatem ualiditatemq́; naturę spectat, natura enim insuparabilis est quam nullus superaret.

100

Optime autem permutationem facerent, si coctis & peruetustis his uterentur.

Hic etiam contextus uniuersalius consilium habet, non in atræ bilis affectibus, nam bubulis carnibus coctis uetustisq; uti melius est, perinde ac cęteris uniuersis quæ cũ difficultate concoquuntur, uerum hac dictione optime non propriæ usus est, neq; enim qui atra bili laborant, neq; alius homo sanus, uel æger optime permutationem faceret, si bubulam carnem coctam et uetustam ingereret, omnium namq; quę eduntur hæc haud bonum alimẽtum prę stant, qui tamen eas huiusmodi offerunt, minus cæteris ægros lędunt, quod si pro optime, minimam posueris, absq; defectu sermonem efficies.

101

Cæterum caprina caro omnia bubularũ car-

nium uitia obtinet, & concoctionis resisten-tiam & magis flatum gignit, & magis ructũ efficit & bilem parit: quæ uero optimi odoris sunt solidæ & suaues tales optime non existũt tum coctæ tum frigidæ, sed quæ iniucundissimæ praui odoris & duræ sunt, hæ deterrimæ, atque recentes.

Hoc in loco rursus causam rettulit ob quam caprina caro bubulis prauior est, nam quum haud secus cum difficultate concoquantur caprina magis bouinis flatum gignit, ructusq; sępenumero parit, siquidem prauam obtinet qualitatem cęterum quia acrior calidiorq; bubulis est, si non concoquantur, bilem etiam parit quocirca frigidã potius quã calidam eam manducare oportet.

102

Optima autẽ æstate est, autũno uero pessima.

Optimam esse ait carnem inter ipsas caprarum carnes, haud quaquã enim cęteris carnibus, sanè quantum ad anni tempus spectat, ob temperamẽtum pessimam esse oportebat, uerum quia in æstate melius nutrimentum eas habere contingit, perinde ac animalia herbam comedentia praua sunt quãdo herbam uiridem amplius non habẽt, capris uero maxime accõmodatum alimentum arborum germina caulesq; sunt: quæ in fine ueris æstateq; abundant: At cibum plurimum posse ad carnis bonitatem, etiam ex uulpibus tibi discere licet, qui ob uuas in autũno carnem maxime optimam habent, haud secus quoque passerculus & ficedula probatissimam carnem obtinent, capræ ergo autumno, quum accommodato nutrimento careant pessimam, macerrimamq; carnem habent: in hye-

me autem rursus meliorem sanguinis habitũ consequuntur, siquidem naturalem temperiem cum anni temporis temperamento corrigunt.

103

Porci uero caro praua est, quum subcruda cõbustaq; fuerit, bilem enim turbationemq; parit, At suilla omnium carnium optima est: sunt autem inter suillarum carnium hæ optimæ quæ neq; admodum pingues neq; graciles existunt, neq; ueteris uictimæ ætatem sunt consequute, uerum detracta pelle & subfrigidas comedere eas oportet.

Porcum præcipue antiqui nuncupabant admodum paruum, ut apud poetam inuenire licet: Ingere nunc hospes „ porcos quos ędere seruis, cõuenit At proci ueteres edũt„ Cæterum haud noui, quo pacto proci, ueteres sues comedebant, ad hunc enim modum eos nuncupabant„ in ætate perfectionem excedentes, sed proci omniũ maxime ignari erant, ad dignoscenda edulia quę tum facile concoquũtur, tum suauia sunt, quales se ostendebant, quum caprarum uentres sanguine pinguedineq; repletos comedebant, quo aliud edulium, magis concoctioni resistens, nõ inueni: optima autem caro ad suauitatẽ, concoctionemq; est in ætate medium locum obtinentiũ quæ etiam bonum sanguinem gignit, ueluti deterrima est uetustissimi suis caro, necnõ eius, qui confestim a partu comeditur, hi enim terrestrium ferè omnium animalium quæ homo edit, maxime humidam carnem obtinent, atque proinde quum caro nuper genitorum exuberanter humida sit: pituitam plurimam generabit, q̃ si etiam subcruda fuerit, longe

magis: hac eadem ratione pinguissimam suum carnem ea quam medij bene carnosi habent, peiorem arbitratur: eius humiditatem suspicans, ob quam etiam omnis caro pinguis carne uniformi deterior est, tum ad concoctionem tum ad enutritionem, quę uero in assatione ambusta est ad humorum bonitatem et concoctionē accommodata non est, & ob acredinem illi accedentem bilem gignit, biliosis enim edulijs communis hac malitia est, quum humida acriaq; fuerint: talia namq; similiter torrumpuntur, eorumq; acredine uasorum orificia, ad uentrem peruenientia, mordicando, fluxionum, ex uniuerso corpore ad ipsum fluentium, causa euadunt, q autem porcos absq; pelle comedere oporteat, hoc est absq; cute, manifestum est, cutis enim eodem pacto atque animalis caro, haud quaquā concoqui potest, siquidem frigior: Cæterum quum hanc subfrigidam edendam consuluerit, calidas omnes carnes ueretur, has fortasse, sub frigidis tum ardētiores, tum magis flatum gignere existimans: ego uero in caprinis carnibus atq; in cæteris quęcunq; calidæ sunt, sermonem admitto, uerum tum in caliditate, tum in frigiditate temperatis, quale suum carnes, si ad hunc modum simpliciter absq; determinatione dicatur, non admitto, determinanti enim calidæ magis frigidis conuenient.

104

Arida bili uēter intumescit, & sonitus adsunt, & laterum lumborumq; dolor, nihilq; aluus deiicit, sed astringitur.

Eam quę bilis simpliciter ab hominibus nuncupatur, ab arida bili per humiditatem seiungit, in ambabus autem commum nomine usus est, ad cōmunem generationis mo

dum respiciens, quemadmodum enim humida bilis gi- gnitur ex acribus humoribus ob eduliorum corruptionẽ genitis, haud secus arida ex acri flatuoso spiritu, quocirca neruosa uentriculi corpora, propinqua tum mordicata tum tensa laborem faciunt, cæterum quum ij flatus interdũ detineri interdũ ꝑtransire possint ob detẽtos flatus aridã bilẽ gigni dicere non possum, eos enim qui transgrediũ- tur adhunc modum appellare magis persuasibile erat.

105

Talẽ ne euomat seruato, sed aluus subducatur; quocirca ex aqua calida, eaqꝫ q̃ pingui celerri me clystere ad hibe, atqꝫ perunctum in aquam calidam immitte, ita ut in scapha decumbere possit, ac paulatim calida aqua perfunde & si ipso calefacto aluus subducit̃ soluit̃ affectus.

Quam celerrime clystere immittendum et ne euomat pro- hibendum, communia præcepta sunt omnium præter na- turam in uentre contentorum quæ deorsum pellere stu- demus, ad eundem quoq; modum calidum clystere imit- tere, calidum enim attrahendi uim obtinet perinde ac re- pellendi frigidum, clystere autem pingue ariditatis pro- pria medella est, quia facultate oppositum, quum aridi- tatem humectet & mordicationem mitiget: easdem obti- net intentiones, cum aqua oleoqꝫ calefactio, & mitigatio in scapha fomentando.

106

Ita affecto dormire etiam confert.

An in scapha eum fomentatum uel etiam absque ea dormi re iubeat immanifestum est, hoc autem si per se dicatur, cuilibet perspicuum esse potest, nam omnibus, qui a cru-

ditate laborant, somnus maximam affert utilitatem.

107

Atque uinum tenue & antiquū & purū bibere.

Vinum ut concoctioni conferat, exhibet, tenue autem ne in uentre permaneat, at antiquum purumq; ut magis calefaciat, omne enim uinum habitum calefacit, magis uero antiquum.

108

Oleum etiam exhibe, ut quiescat, & uenter subducatur, & soluatur affectus.

Oleum acria mitigat, ariditatemq; corrigit, necnon moderate uentrem subducit, quibus uniuersis indiget, qui curari debet.

109

A cibis autem cæterisq; abstineatur.

Quibus nulla indigentia in corpore est, neque appositionis necessitas: At *nonnulla inconcocta, concoctione indigentia continentur, his quiete opus est, haud quaquā autem cibarijs, priusquā contenta, moderate cōcocta sint.*

110

Quod si dolor non remittitur, asinæ lac potui dabis, donec purgetur.

Quod si dolor non soluitur, peracto quod prædictum est, lædentis causæ acredinem ampliorem esse existimandum, quocirca purgare corpus conuenit. A*sinæ autem lacte uti iubet, quia omnium pharmacorum, quæ purgandi uim obtinent, tum mitius, tum imbecillius in agendo est, cæteris uero lactibus humidius, necnon magis uentrem subducit.*

Si uero aluus humida fuerit, bilisque subducitur & tormina, & uomitus & suffocationes infestant, his quiescere optimum est, mulsam uero bibendum atque euomendum.

Siue de arida bili etiam hoc in loco sermonem habeat, siue hęc per se intelligenda sint, immanifestum est: sed quomodocunque res se habeat, bilis acris ad elluendum difficilis in uentre contineri uidetur, quam moderate subducere tentat, unàque concoquere in eo contenta, mulsa quidem moderate subducentur, quiete autem concoquentur, ego uero in huiusmodi affectibus sępenumero ualenter auxilians malitiam humorum ualido pharmaco uniuersim purgaui, prius habita facultatis ratione & corporis habitus & anni temporis & ætatis & constitutionis: quod autem in fine contextus dictum est, mulsam bibendum & euomendum, ac si conscriptor superiorem uentrem purgare uellet dictum est: cęterum alia scriptura melior est cum non scripta, quum enim mulsa abstergendi facultatem habeat, quę corrupta sunt ad naturalem uiam conuertet, tum absque nocumento, tum absque periculo oris uentris, quæ in uomitu ei euenire possunt.

112

Aquæ intercutem duæ sunt naturæ, quarum yposarcidios, idest subcarnosa ineuitabilis fieri conatur, quæ uero ex flatibus constat, multa bona fortuna indiget, curatur autem præcipue cum labore & fomentis & temperãtia, uerum sicca acriaque comedat, adhunc enim modum urinam maxime copiosam emittet, & perquam fortis euadet, quod si cum difficultate spi-

trabit, anniq; tempus æstiuum fuerit & ætas niguerit atque uires ualuerint a brachio sanguinem detrahendum, deinceps calidos panes in uino nigro oleoq; intingendo comedat, & q̃ minimum potet, plurimumq; laboret nec non suillam carnẽ carnosam cũ aceto coctã edat, ut arduas inãbulationes tolerare ualeat.

Nonnulli non yposarcidion sed episarcidion scribunt, non tamen anasarca & catasarca alicubi scriptum inueni, quãquã iuniores ad hunc modum appellent, cæterum quum aquę intercutem duas esse naturas ipse dixerit, & in secunda flatus protulerit, nullumq; aliud symptoma addiderit, in prima uero nullum prorsus retulerit in aliquo confundi, decipiq́; in aquę intercutem differentia manifestum est: sunt autem aliqui medici, qui aquę intercutem quatuor esse differentias aiunt, a iusto recedẽtes, sed hos redarguere hoc in loco oportunum non est, qui uero hæc scripsit, aperte defecit, nam aquę intercutem affectuum, hic humoris in consistentia tenuis, multitudinẽ in uniuersa infra pectus regione coaceruat: quã perforando humiditatem interdum euacuamus: alius non aqua sed flatibus hunc locum repletum habet, fereq́ superna omnia tumefacta, quam speciem tympaniam nuncupant, est quoq; alia differentia, uniuersum habitum pituita refertum obtinens, quem affectum subcarnosum nõnulli appellant, quocirca aquę intercutem duas esse naturas haud exacte dixit, quinetiam recte non protulit, fieri conatur, uerius enim ad hunc modum dixisset, hæc species posteaquàm facta fuerit, confestim interimit, sed contextus hoc pacto litteris proditus est, a primo con-

ſcriptore perperam conſcriptus, alterius pręterea aquæ intercutem quam à flatibus prouenire ait, curationẽ ſcribit, omnibus aquæ intercutem affectibus cõmune habẽs, quod ab initio ſcripſit, (curatur autem pręcipue cum labore & fomentis & temperantia) calida ſiccaq; edere conſulens: aliud uero ſoli ſubcarnoſę conuenit quam ſpeciem ueluti incurabilem reliquit, ſola enim hæc ſpecies quum incipit interdum uenæ ſectione indiget, quando ex hemorroidarum retentione uel menſium mulieribus uel ex aliqua cauſa, quę repletionem hoc pacto inducere poſſit, initium obtinet, tympaniam uero uel aſcitem uenæ ſectione nullus curare auſus eſt, in eo ergo qui uenæ ſectione indiget ſequens curatio calefaciens, ſiccansq; fiet: enimuero horum author id: quod cõuenit coniectaſſe uidetur, At conſcriptor, haud recte dixit, ꝙ ſi cum difficultate æger ſperabit, uenę ſectione indigebit, niſi ob plenitudinem in aquæ intercutem affectum inciderit, quando uidelicet periculum imminet, ne naturalis caliditas extinguatur, perinde ac ignis, ueluti enim ignis extingui periclitatur, quum multa ligna eademq; humida ſuper eo proiecta ſunt, niſi quiſpiam multitudinem tollat, haud ſecus etiam innato calori qui ob ſanguinis frigidioris multitudinem extingui periclitatur, uenæ ſectio maxima medella eſt, eo tempore quo periculum ad hũc modum prehenderit, male ergo ſermoni additum eſt, anniq; tempus ęſtiuum fuerit, plus namq; uel minus auferendi, nonnulla alia quemadmodum etiam anni tempus, intentio dici poſſunt: At ipſius auxilij affectus natura intentio eſt, nonnulli uero e quibus dioſcorides eſt non ęſtiuum tempus ſed uernale ſcripſerunt ęſtate quidem uir-

tutis solutionem uerentes: hyeme autem effectui euenturam refrigerationem: uerum idiote & inepte admodum panes calidos ĩ uino nigro oleoq; madefactos ei, cui uena secuta est, ad comedendũ exhibet, uerã sanè intentionem obtinuit roborandi facultatem ut exercitij labores tolerare ualeat: sed materiam intentione dignam haud quaquã inuenit, nam uinum nigrum plurimum sanguinem gignit, adeo ut superfluus atręq; biliosus euadat, melius autem est uinum fuluum exhibere, & consistentia tenue ut etiam urinam ciere possit, sed ętate minime nouum quemadmodum magna ex parte contingit, uinorũ enim quæ noua sunt, nullum fuluum erit sed uel album uel rubeum uel nigrum, uerum quum ætate antiqua sunt fulua flauaq; fiunt, At uero quàm minime bibendo plurimum laborare, rectissime dictum est, nam huiusmodi uictus ratio tum exiccat, tum calefacit, suilla autem caro eo modo dicto uigẽtibus ualidisq; haud perperam exhiberetur, sed aliorum nullus eam recte concoquere posset quum iam periculum immineat, ne innata caliditas extinguatur, ergo ad hunc modum se habentibus melius est offerre quęcunq; recte concoquunt.

113

Quicunque inferiores uentres calidos habent, & acria excrementa & inæqualia a colliquatione ipsis deiiciuntur, si quidem ualidi fuerint ueratro albo retrahendum: sin minus frumẽtacei tritici cremorem crassum frigidũ, & quod ex lente & nos conficitur, & panes subcineritios & pisces febrienti quidem elixos non febrienti uero assos, uinumq; nigrum ei, qui

absque febre est exhibendum, sin febris adsit, aquam mespilorum uel myrtorum uel malorũ uel sorbarũ uel palmolarũ, uel florũ uitis.

Ab ardore non colliquatione excrementa ipsis deijci magis proprie dixisset, colliquatio enim in eo fit ob malignam febrem colliquata pinguedine, uel etiã tenera carne, ardor autem in uentriculo prouenit, ab ingestorum acri caliditate, ob quam etiam febriunt, huic ergo album ueratrum exhiberi iubet, quod uerbo retrahere demonstrauit, sanè per uentrem superiorem, q si ob aliquam causam homo ueratrum assumere non posset, dominante acredine, edulia potusq; exhibendum iubet, astringendi refrigerandiq; uim habentia, adiecit autem edulijs etiam exiccantia: ut tum panes subcineritios, tum pisces assos: his ad hunc modum cum ratione dictis, quem superiorem uentrem dicit considerandum: Antiqui enim interdum pectus superiorem uentrem appellantes omne cibi receptaculum post diaphragma inferiorem uentrẽ nuncupantur, interdum uero superiorem uentrem uocantes, in quem cibaria ingerimus, nonnunquàm uniuersa, quæ post ipsum sunt, inferiorem uentrem aiunt: aliquando sola crassa intestina, nonnulli prętere a solum colon inferiorem uentrem dicunt, fortasse ergo quæreremus quam dictarum partium uel quas hoc in loco intellectas speramus si magnum quippiam lucrari deberemus, quoniam autem talium inuentio, nihil quidem nos edocet: plus his quę ipsi scimus discernimusq;, quod nonnulla recte dicuntur, aliqua haud recte, potius autẽ cognitionis curiositatem quã utilitatẽ habet eam cito dimittere melius est ac præsertim quando uolumẽ Hippocratis legitimũ nõ est.

114

Quod si febrem nō habet & tormina infestāt, asinæ lac primo exiguū deinceps addēdo plus, & lini semen & triticeam farinam & fabam egyptiam decorticatam, madidamq; dempta parte amara: uel oua semiconcreta assa comedat, & similam & milium & far coctum in lacte: quæ cocta frigerataq; edantur: hisq; similia tum potus tum edulia offerantur.

Pleriq; expositores hęc melius cum prædictis ordinant, hoc etiam in loco de inferiorem uentrē calidum habentibus sermonem fieri existimantes, At nōnulli paucis, seiungentes, hæc separatim exponunt, quæ intentionem habēt humorum malitiam purgandi, contemperandi exiccandi & refrigerandi: asinæ quidem lac purgare contemperareq; potest, At lini semen tum siccare, tum refrigerare, farina uero triticea contemperandi uim obtinet, atque cum ea hordeacea recte permisceretur quum & refrigeret & exiccet, uerum fabæ Egyptiæ moderate refrigerare possunt: oua autem e simila & far crassos humores gignunt & bonos & contemperant. At inter edulia miliū effatu dignam exiccandi facultatem habet, ueluti quoque refrigerandi: Cęterum ob humorum affectum parientiū acredinē caliditatemq; uniuersa hęc frigida exhibet.

115

Ad artem, quæ de uictus ratione agit, maxime pertinet obseruare cauereq;, tum in acutis, tū in longis morbis, quemadmodum febriū incrementa decrementaq; se habeant, ut tempora, in quibus cibaria ingerere uel non ingerere

re oportet, deprehendi possint quinetiã quando ab incremento plurimum distant.

Ad artem quæ de uictus ratione agit, maxime pertinere ait, particulare cibi tempus dignoscere, unamq; intentionem protulit, q tempus id, in quo cibum exhibere oportet, ab incremento plurimum distet, accessionis initium incrementum appellans: quod non modo in diuturnis uerum etiam in acutis ueritatem obtinere uidetur, propter quid ergo in diuturnis morbis addidit, quia in his intensio magis manifesta est, uel fortasse etiam tantum: nam in acutis temporis cibi sufficiens erat inditium, caliditatem ad pedes descendisse, in diuturnis tamen haudquaquàm ita nutriendum, sed optima decrementi tempora expectare conuenit, in acutis enim morbis expectare non licet, ob timorem celeriter futurę accessionis: cæterum nonnulli contextum ad hunc modum scribunt ad artem quæ de uictus ratione agit, obseruare cauereq; maxime conuenit, quemadmodum in acutis haud secus in diuturnis scire quando alere oportet, aliqui uero huius contextus finem hoc pacto scribunt, quinetiam quando plurimum ab incremento distant, scire, ut pręter alia quę circa ægrum nos considerare iussit, hoc quoque ipse consulat, At si quispiam hoc scrutatur cum particularis cibi tempus inuentione coniungendo, haud oportunum nutrimẽti pręceptum nulloq; dignum esse uidetur.

116

Considerare præterea oportet capitis dolore af fectos ob exercitia uel cursus, uel itinera uel uenatus uel aliquẽ alium haud oportunum laborem, uel ob uenerea, quinetiam decolora

tos raucos lienosos, exangues flatuosos. siccæ tussi oppressos sitientes uenarum inclusiones, tensa habētes præcordia & latera & dorsum, torpentes obscure uidentes aurium sonitu uexatos, urinam non continentes, regio morbo affectos, cruda per aluum deiicientes, sanguinem e naribus perfundētes, uel per sedem uehemēter, uel inflatos uel quos labor admodum infestat: nullum medicamēto purgandū, nam in periculo ægrum expones, nihilq; iuuabis atq; spōtaneas liberationes, iudiciaq; īpedies.

Vniuersa hoc in uolumine contenta, tum absq; ordine tum ad memoriam præparationis modo litteris prodita esse cuilibet ut mea fert sententia, manifestum est, cæterum ut dixi, haud pauca in eo recte dicta sunt, ob quę etiā non recte dictis, nōnulli fidē adhibuerunt, magisq; quicunq; sibi conscij sunt, ꝙ scriptorum, iudicandi scientiam nō habent, quę uero hoc in contextu dicuntur enumerationem habent affectuum, pharmatia non indigentium, purgari autem & pharmacari eadem sunt, quemadmodum etiam purgare & pharmacare uideamus ergo, quos ab initio purgare abnegat, capitis dolore affectos ait ob exercitia uel aliquem alium haud oportunum laborem, summatim eos intelligens qui ob importunum laborem capitis dolore molestant, haudquaquā purgandos, nō oportuni autē labores prorsus sunt, quos hoc tempore pręsens corporis dispositio ferre nequit: Cęterum rem ad pleraq; utilem tibi hoc in loco commemorabo, quam semper in memoria seruandam consulo: corpore nostro ad morbum parato, ita ut propè completus sit, exteriorum quippiā accedēs

eum affectum exquisiuit: febrem accendendo uel capitis dolorem uel humorum fluxionem uel tussim mouēdo, uel aliud quippiam huiusmodi, atq; deinceps ex hoc cōtinuo ad morbosi affectus pręparationē pernitiose proni euadunt: neq; cursu morbum gignente uel aliter ualida motione ut neq; intemperantia uel refrigeratione, uel aliquo alio huiusmodi: nullum enim horum quantū ad eius rationem pertinet uehemētem langorem efficere potest, sed siue febris ab horum aliquo suscitetur, talis earū numero est quæ diariæ appellantur, siue aliud quippiam simptoma, pauco tempore sęperumerop durabit, & sanè ut dixi ob corporis dispositionē unūquodq; horū nō morbi causa sed occasio fit, propriissime enim huiusmodi causas occasiones quispiam appellare posset, non simpliciter manifestas perinde ac sæpenumero hi nuncupare consueuerunt quum ab aliqua manifesta causa euidens nocumentum in corpore euenit quum enim nullus alius morbosus affectus subiectus fuerit, neq; affatu digna ægritudo sequetur, factiq; in corpore nocumenti agens ipsum causa est, scias ergo eum de talibus causis præsentem sermonē habere, quæ eadem ratione corpus haud quaquā lędūt, quarum unum caput & primū labores sunt, qui singilatim multarū specierum, reperiuntur cursus luctę pancratia uenerea frictiones æstuatio refrigeratio uigiliæ iræ tristitiæ & timores uenerea quidem cōmemorauit. Cætera dimisit, quāquā easdem uires obtineant, nā spiritū ut dixi, perturbantia, purgatione non indigent, quia morbus iste ob humorum malitiam non euenit, uerum ab his īditijs digressus ipse declarauit ea quæ prius retulit decoloratos autē proprie exāgues nūcupant, quinetiā alia

uatione non secundum naturam corpus habentes male co loratos uocāt, isti igitur decolorati calefactione indigēt, tum exercitijs, tum uini facultate calidi potione, necnon haud dissimilibus cibarijs, raucos preterea subiūgit: etenī horum humiditatem frigiditatemq; ob delapsum ad guttur humorum fluxum curare conuenit: tum caput tum affectas alias partes localibus remedijs exicando adhæc lienosos purgatione haud indigere inquit, quod non recte dicere mihi uidetur, nam si aliqui alij, etiā isti nigri humoris purgatione indigent, deinceps exangues meminit, hoc est quibus deficit sanguis quāuis nondū absq; colore manifeste sint: postea flatuositates cōmemorauit & sicca tussi oppressos & sitientes obscure interpretando, quia non declarauit an unūquodq; per se intelligendum, an ea tria quū unà fiunt, quinetiā neq; si unūquodq; per se dicatur est manifestū, ut in superioribus quoq; iam dictum est, magna enim ex parte flatuosos tantū eos appellant qui ad inspirationē aere indigent, atq; etiā interdū inflatos: sed utrunq; horū pleraq; habet causas omnesq; si explicare uoluero, longior quā oportunū sit sermo euadet, preter id q nōnulli ex his uenæ sectione egere uidētur, aliqui purgatione: quidam alio remedio, haud secus etiā sicca tussi oppressi uno affectu non fiunt, nec ipsorum setientes, atq; eodem modo si de febriētibus sitibundis sermonē habet an de his qui febre nō molestātur uel de ambobus hoc in loco nos ignoramus: At qui si unū dictorū in aphorismis commemorabo, uniuersale destruetur, in
„ quibus ad hunc modum scriptū est, si ei qui absq; febre
„ est, appetitus destructio & oris uentriculi mordicatio
„ et tenebrosa uertigo et oris amaritudo euenerit, sursum

pharmatia indigere significat, ꝙ si os amarum sit, sitibūdi sunt, non aliter flatuosi, primo quos intelligat, ignoro si uidelicet cū uenarū inclusione factos intelligere oportet, quū adsint nōnulli q ꝑ se legát, uerū si unūquodq; huius contextus permutare mihi liceret uniuersa quæcunq; dignoscere utile est, multa uolumina haud quaquā replēdo docere possem, ꝑinde ac etiā de deīceps dictis, ait enim tensa habentes præcordia & latera et dorsum & torpē tes & obscure uidentes & aurium sonitu uexatos & urinam nō continentes, nā ī singulis his affectibus causæ dispositionesq; haud paucæ sunt, diuersisq; curationibus indigēt, quarū aliquæ etiā pharmaco, quod bilē euocet, interdū indigebūt, de his ergo omnibus & præterea de deinceps dictis non sententias indeterminatas sed determinationes, manifestasq; doctrinas longaq; experientia iudicatas in nostris cōmentarijs habes, quæ quū ꝑlegeris uniuersa ab hoc authore dicta indicare poteris atq; unà si partē memineris quā legitimā fassi sumus, siquidē doctrinas utiles habet, in ea enim cū demōstratione ex claritate & cōgruis determinationibus uniuersa litteris mandata sūt, uerū ad hūc modū scripta quēadmodū cōtextus hoc in loco propositus, nullā utilitatem præstant, si enim quispiā in pręsentiarū unum quodq; ipsorū simpliciter absq; determinatione intellexerit, ī nō paucis ad artē spectā tibus errabat: ꝙ si unūquodq; ueluti oportet, determinabit, primo ad horū inuentionē hinc nullá utilitaté cōse qui dignoscet, postea multis egere uoluminibus ad propositorū cōsiderationē, uerūenimuero plerisq; hominibus ꝑsuadere nō licet sola manifesta uolumina aggrediēda eē, relinquēda uero quę huiusmodi scripta nō sunt, etenim

si nullã illi curã habuerũt, ut nos ea quæ scripserũt, cognosteremus, neq; nos quærendo diuinandoq; ab his dicta, multã diligentiam adhibere iustum est.

117

Quod si sanguinis missio cuipiã cõferre uidet, uẽter astringẽdus est, atq; ad hũc modũ detrahẽdũ, & fame crutiãdũ eiq; uinũ auferendum deinceps congrua uictus ratione fomentisq; humidis reliqua ipsorum curabis.

Quũ uẽter nõ fluit sanguinẽ detrahere oportet quãdo enĩ post detractionẽ fluxus pseuerat facultatẽ soluit, eos autẽ qbus sanguinẽ mittis fame cruciãdos esse, uinũq; his auferre oportere recte dictũ ẽ, pinde ac etiã cõgrua uictus ratione utẽdũ: At fomẽtis humidis curãdũ, siquidẽ de oĩbus qbus sanguis aufert, dicit ueritatẽ haud quaq̃ obtinet, q si ĩ nõnullis explicare id oportebat.

118

Si uero aluus astricta tibi esse uidetur, mollem clysterem adhibe.

Hoc dignũ nõ est, ut litteris mãdetur, siquidẽ oĩbus manifestum est.

119

Si uero pharmatia opus est, ueratro sursum tuto expurga sed inferiores partes horũ nullo.

Perinde ac affectũ dixisset in quo hæc agere iubet, sermonẽ facit, q̃q̃ nullũ dicit, aut ergo aliqs cõtextus periit in quo affectum declarauit, uel qui hæc scripsit obliuiosus erat, talisq; qualis ille qui nũc ab antiquis suspensus appellatur.

120

Mirifice aũt pdest urinã ciere & sudores excitaf & inãbulare & leuiter pfricaf, ne habitũ dẽsiorẽ reddas, q si ĩ cubili iacuerit, alii ipsũ pfricẽt

Hæc quoq; eo pacto ac si affectũ dixisset, litteris prodidit,

121

Et si in pectore supra septũ trãsuersum affectus ipsum molestat, magna ex parte sedeat, & minime decũbat quoad uires permiserint, diuq; multa aq̃ calida sedentẽ fricato, q̃ si sub septo trãsuerso in uẽtre inferiori dolores habet, iacere confert, nulloq; motu moueri huiusmodi corpori posthabita frictione prodest.

Ex hoc cõtextu quispiã certo inditio cõsequi posset, tũ hæc, tũ supiora uniuersa de doloribus scripta esse, hæc ergo ĩ cõtextus initio derelicta sunt Errãte primo cõscriptore, atq; postea pmanẽte errore: quocirca fieri nõ potest ut in dictis ueritas exquirat, ne ĩ huiusmodi, cuipiã temere diutius ĩmorari uideamur.

122

Cæterũ quæ ex inferiori uẽtre tũ p urinas tũ p sudores soluunt si spõte moderate labuntur parua soluũtur, uehementia autẽ praua sunt, tales enim uel pereunt, uel absq; cæteris malis, secundam ualetudinem non adipiscuntur, nã huiusmodi affectus etiam confirmantur.

Etiam ob hũc contextũ certo inditio cõsequi licet uniuersa ab eo in superioribus scripta, de dolorũ curatione dicta esse.

123

Potio aqua intercutẽ laborãti: Aqua intercutẽ laborãti cãtharides tres abiiciẽdo ab unaq̃q; caput & pedes & alas terrãtur in tribus cyatis aquæ corpa, & potui dẽtur, q̃ si ppinãs laborauerit, calida aq̃ psundat, prius aũt ungat, & ieiuno bibat, panesq; calidos ex oleo edat.

Quidã medicus audax quũ hũc contextũ plegisset prædictas partes a cãtharidibus abijciẽdo aqua intercutẽ labo-

rãti exhibuit, unoq; trãsacto die in sura cruris abscessus ortus est, deinceps trãsactis aliis tribus ab eo secatus plurima aqua effluxa curari uisus est, cõfestim.n. plurimũ tumoris præter naturã euanuit, uerũtamen nõ multos post dies uitã cũ morte cõmutauit, quispiã itaq; medicũ increpauit, cantharidũ corpora pperã exhiberi asserẽdo, nam corpora abiiciendo caput & pedes & alas potui dare oportebat, atq; hoc esse quod ĩ libro dictũ est, Audax igitur medicus haud cũctãdo alteri rursus exhibuit ad hũc modũ, postea haud secus orto in crure abscessu, ab eoq; secato, post multos dies etiam hic mortuus est, pharmaco tamẽ quod ex cãtharidibus preparatur, urinã ciendi facultatẽ habẽti absq; nocumẽto ipsum assumẽtiũ nõnulli interdũ usi sunt.

124

Sãguinẽ suprimẽtia, fici succus lana susceptus intus uenæ adhibit⁹ sanguinẽ sistit, uel coagulũ inuoluẽdo in nares mittere, uel calcitim apponẽdo digito cõprimere & exterius cartilagines ut rinq; cõprimere uel asinæ lacte cocto aluũ soluere, caputq; abradendo astringentia adhibere si tẽpus anni calidum fuerit.

Sesamoides tritũ dragmæ & dimidiæ pondere cũ oxymelite potui datum, superiores partrs purgat, cõmiscetur etiam tertia potionis pars ueratri minusq; suffocat.

De pillorũ uitio quod tricosim appellãt, quum acicule foramẽ habẽti linũ subieceris secũdũ acutiorẽ partẽ superioris extẽsionis p. alpebræ inferius traiiciẽdo trãsmitte & aliud sub hoc, quãdo aũt linũ pduxeris, cõsuito coligatoq; donec decidãt & si hoc quidẽ factũ fuerit, satis

est, sin min⁹, ubi deficiet rursus eadē facito.
Hemorroidas quoq; eodem modo, trāsmittes aciculæ q̄ crassissimū ex lana imūda filū & q̄, maximū quū deligaueris tutior eteni fit curatio, deīde ubi exp̄sseris qđ putruerit, utere nec madefacito priusq̄ deciderit semperq; unā relinque postea curationem repetens ueratrum exhibe, deinde exerceat sudetq; gymnasii porro usus a matutino multus a cursu uero & crapulatione abstineat & ab acribus, p̄ter orizanū, septū p̄terea dies uomat aut ter ī mēse, ad hūc eni modū corpus optīe se habebit, Vinū aūt fuluū austerū dilutū & modicū bibat.
Saniosis aūt scillæ disiectos globulos aqua elixato, feruefactaq; accurate effundito & aliam infundēs coquito, ut recoquēti coctū & molle uisum fuerit, tū terrendo tenuiter arefactū cuminū p̄misce & alba sesamia, amigdalasq; recentes in melle tritas ut lingat, exhibe & ad hæc uinū dulce, sorbitiones uero albi papaueris quū intriueris quātū letiniū capit, mēsura aqua emissū cū farinæ expurgatæ supplemento elixatū melle infuso tepidū sorbens, sic per diē degat deīceps euētū respiciēdo cenā dabis
Fabarū purgatū partē quartā, & rubeæ dauci duodecim surculos cōmistos: quumq; piguē decoxeris, ad elingendum exhibe.
Cinis lotus crasse in massam redactus q̄si adipem nō humidū tenue quū intriueris omphatio ex uua īmatura humectaueris, in sole siccaueris, humecta: ut illinas: quum uero arri-

dum factum fuerit, tenui trito arrido illine oculos & asperge oculorum angulos.

Hebeni dragmá, æris cõbusti obolos nouẽ í co te terrés, croci triobolũ, hec trita tenuia aspge uini acetabulũ atticũ, deinde ad solé exposita quũ obtexeris, quũq; excocta fuerit, hoc uter̃.

Esto calcitidis dragma uuæ passæ quum duæ portiones acceptæ fuerint, eædemq; expressæ tũ myrrhã tũ crocũ intriueris musto addito in sole coquito, hocq; illine eos qui doloribus cruciantur, esto autem in æreo uase.

Earum quæ a secundis suffocantur, cognitio, duobus digitis comprime, & si senserit, secundæ sunt sin minus conuulsiones.

Aqua intercuté affectis meconiũ hoc est lactuca caprina leciściũ atticũ rotũdũ, potio squamulæ molæ tres latitudine & nõ incisi panis cõglutinãté, hæc tenuia quũ triueris & deglutiẽda uersaueris phibe, inferioré uentré aqua purgat excreméta emittit í caricá succi tithymali instilla quátum septies in quélibet etiam pueris tum inane in'uas cõponés ad dispẽsandum exhibe ante cibum & meconium terrés aquá infundés, pcolás fariná in massá redigés exile assans mel coctum aspergés aqua ítercuté affectis comedẽda dabis potuiq; dulce uinũ aquosũ uel aquá mulsá aquosá & a sterqliniis meconiũ collatũ distribue & cura.

Hoc uolumen cõmixturum speculationum ab alijs ad alias absq; ordine facto transitu, monumẽtum esse ex talibus manifeste declaratur, ueluti et hoc in loco sanguinis enæ

ribus fluxus remedia scripsit, nēpe alia parti ipsi a qua sanguis exit applicantur, nonnulla retrahendi uim habēt pinde ac uētris solutio, aliqua caput dēsant, astringuntq́; quēadmodum refrigerantia: uniuersa uero sequentia, pharmacorum descriptiones nōnullaq́; remedia intermixta obtinēt: in primis itaq; de appellato sesamo sermonē habet: postea pillorum palpebrarum manualē operationē scripsit, quam anabrōchismon appellauit, ac rursus deinceps haud secus Hemorroidarum, necnon aliam curationem addidit, deinde saniosorum tum pharmaca tum sorbitiones & ad hæc pharmacorum ocularium cōpositiones litteris mandauit. postea de affectis a secunda, ac de papauere scribit, medicamentum præterea quod aquam educēdi uim habet, quinetiam aliud quod stercus euocat, postea anum affectum habētibus et aqua intercutem molestatis pharmacum exhibet, ex papauere uermiculisq́; confectum, sunt autē eorum quæ deinceps dicta sunt plurima manifesta, aliqua etiam īmanifesta adiacēt, de qbus ī sequētibus sermonē faciam.

Finis. Laus Deo.

Iacobi Comitis Iuliarij Carmen.

Inculta nimium properas quo fronte libelle
In domini poteras tutior esse sinu.
Effugis an blattas, ut salgama thura trociscos
Rugosumq́; tegat uel tua charta piper.
An magis ingenium Madrutij Antistitis ingens
Exigis, ut mendas deleat ille tuas
Perge age iuditium docti subiture patroni
Sacra tridentini limina adito patris
Hoc castigatus poteris censore probari
In quascunq; uoles tutus & ire manus.

Paulus Ialiarius medicus Veronēsis lectoribus S.

QVicunq; libros imprimendos curarunt candidissimi lectores nisi ipsi assidue singula diligentissime correxerunt, quàmplurima reperiri corrupta uobis manifestum esse arbitror, nec defuisse aliquos qui calumniandi occasionem nacti, omnē impressorum culpam in Authorem transtulerunt, itaq; quo tempore hoc uolumē imprimebatur quum in alijs perquàm necessarijs negocijs implicarer, nō mirum si quàmplurima corrupta reperiantur quarum que facile ab unoquoq; aduerti et corrigi possunt ea dimittēda duxi, uerum quę alicuius momenti mihi uisa sunt hic subscribēda curaui. In epistola cōmentarium interpretatum folio. 3. patiuntur fo. 4. quædam gratia fo. 5. diuersus fo. 7. medicis magnus ptisanā plures fo. 8. φ si & quispiam φ uis fo. 11. discordiam dementes fo. 12. altero subiectos fo. 13. curationē fo. 14. humiditas fo. 15. cerebrū siquidē fo. 16. eos fo. 17. crassam inanitio offerendum ad nutriunt & superfluitates fo. 18. confidentes duo die ptisana fo. 19. expuitione fo. 20. lationemq; cōcoctu ob situ fo. 21. ptisana interprætationibus conclusus consequetur fo. 22. nigrescit fo. 24. unà dixerit fo. 25. edidimus afferes sufficiant preterierint ij mihi fo. 26. enutriemus. fo. 27. rursus fo. 28. expansus fo. 29. uel fo. 32. supra repit fo. 34. obliquarum conficitur moliendus fo. 35. pituitum acutus. fo. 36. accionem fo. 37. cruditas initium haud magnum fo. 39. q̄ aliter fuisset debiles fo. 40. χλωροὶ uentriculi humida. fo. 45. superioribus diceret. fo. 46. ualidas at. fo. 51. taricheueste. fo. 57 & aliarum nono quàmuis fo. 58. permutantur dicare fo. 59. quibusdam ante deficit in textu fo. 61. uerum huiusmodi noua aliqua in medio horum abundant

in textu fo.62.plurimam obtineat uasis fo.63.dictis exiguum. fo.64.absimile minimum fo.65.sanè & deficit in textu perpulere atinctio lotium. fo.66.magnamq; deficit in textu, quoq; fo.67. se morbus pertransire pmaneret uentrē fo.68.et deficit in textu, dixit uim deficit ī textu et prędita fo.69.naturalis calidis fo.70.quum deficit in textu aquosa in memoria quum deficit in textu præcordijs. fo.71. indicantibus corpora exhibentia enutrientia mulsam fol.72. quamuis potui fo.73. quantitatis ualidior etiam fo.74.repleret & fo.75 μέσον educeret & deficit in textu q; superfluum est in textu fo.77.pertransit fo.78.offeruntur uarietatem ipsa fo.79. acuitas amara affectis qualitatis. fo.81. & deficit in textu atinctionem pertimueris chlia. fo.83.sint.fo.85.solij intelligeret fo.86. infert affectibus. fo.87. consuetis fo.90.uisi dispositionem. fo.91. calidas. fo.92.percurrit fo.94.lenia feruens fo.95.quaq; fo.97.aūt deficit in textu fo.98.euulsorias fo.101.nunc fo. 102. euenerit deficit in textu fo. 104. quum igitur permanent & innatum calorē abijciunt & extinguunt congelatio portio fo. 110.copiose fo. 114.quoq; fo. 118.dixit fo. 119.nullo crura fo. 120.eos.fo. 121.nonnullis fo. 122.causæ.fo.125 quispiam fo. 126.urinis fo. 128.determinatione.

Veronæ apud Antonium Putelletum.
M D X X X X I I

